Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0001-5

Qb. 155.
20.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0002-1

# D. IOANNIS A REBERTERIA TV-RONENSIS I. C. ET

in Pariſienſi Academia Legum
Profeſſoris.

*Topicωn Iuris Libri quatuor, quibus ad Civilis Philo-
ſophiæ ſtudium facilis patet aditus, in hisq; Lector ple-
roſq; locos corruptos in Topicis Ciceronianis
ſuæ integritati reſtitutos
inveniet.*

Cum Indice locupletiſsimo.

*VVITEBERGAE,*
ANNO CHRISTI M. D. XC.

# HENRICO VALESIO
## GALLIAE ET POLONIAE
*Regi Chriſtianiſſimo & invictiſſimo*
*Ioannes à Reberteria*
*S.*

COGITANTI MIHI SAEpenumero (Rex Chriſtianiſſime) cui hoc opuſculum, ſucceſſivis horis compoſitum dicarem, in mentem venit hujus ampliſſimæ VALESIORVM familiæ amplitudo & majeſtas: quæ inter omnes hujus inferioris orbis familias principatum obtinet, & ex qua tanquam ex Equo Trojano innumeri Principes, Reges & Imperatores prodiere: cujus fama omnes etiam exteras nationes pervaſit: in qua omnes virtutes divinitus è cœlo in terram demiſſæ ſedem locumq; proprium ſibi conſtituerunt: ut tandem te unum adhuc pubeſcentem innumeris victoriis ac triumphis decorarent. Tibi autem tot animi dotib. prædito Poloniæ regnum cunctis ordinibus, non ſolùm poſtulantibus: ſed ſumma voluptate geſtientibus, nec tantùm hominum ſuffragiis & calculis: ſed præſenti ſupremi Dei numine delatum fuiſſe quis ſanæ mentis inficias ierit? Deus inquam ſupremus rerum omnium opifex eum te hujus orbis inferioris moderatorem aut Monarcham conſtituere velit: tibi Poloniarum regi inter tot proceres ac ſemideos electo, ſtatum hoc ampliſſimum & nobiliſſimum Galliarum Regnum Iure detulit: ut verum ſit in te: quod de Henrico dici, & legi in regia ſolet, DONEC

TOTVM IMPLEAT ORBEM. Hæc duo potentiſsima imperia, in te unum juvenilibus annis divinitus collata, te totius mundi principem, & imperatorem fore augurantur. Nec verò inteſtinis & civilibus bellis tua virtus, (quæ vulnere vireſcit) oppreſſa jacuit: ſed magis ac magis his fluctibus & procellis agitata enituit Nam cum GALLIAE populi ad interitum ruerent voluntarium, tuo jucundiſsimo in noſtram GALLIAM, è Polonia reditu eoſdem contra ſpem humanam divina quadam providentia ab interitu vindicaſti, Regnum tuum miſerrimis & inteſtinis civilib. bellis penè proſtratum ac dirutum excitaſti, rebus ad triarios redactis tot urgentibus malis occurriſti, omniumq́; tempeſtatum nubila diſcutere, innumeros fluctus, procellaſq́; ſedare divinis auſpiciis fultus voluiſti æterno cum tuis fœdere percuſſo. Et ut liberius Galli pacis beneficio fruerentur Aſtræa tempore bellorum civilium exul & profuga: quaſi Iure poſtliminii tuis auſpiciis innixa, in hanc tuam Galliam cum omnium bonorum civium applauſu reverſa eſt: cujus Aſtrææ ſeu Iuſticiæ auxilio, probi ab Injuria ſceleratorum hominum vindicantur. Cujus nutu & auctoritate noſtra tuemur, docemurq́; ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere. Hæc (Rex Chriſtianiſsime) in Iuridicis Pictonum conventibus ſub tua auctoritate principatum tenens tantum terrorem, metumq́; improbis & ſceleratis incuſsit: ut anteactæ vitæ nefariæ conſcii, relictis ſedibus diliteſcere compellantur: qui antea aperto marte rebus noſtris, vitæq́; inſidiabuntur: quorum furor & audacia eo petulantiæ proceſſerat: ut probos cives bonis & fortunis ſpoliare, innocentes occidere, in tuos lictores, apparitores & Iudices ſævire, ſtupra, adulteria & inceſtus committere fas eſſe crederent. At tu (Rex invictiſsime)

ctiſsime ) his omnibus morbis & vulneribus mederi voluiſti, extremiſq; morbis extrema Remedia adhibere. Cumq; pro tot, tantiſq; in patriam collatis beneficiis univerſos GALLORVM ordines cœtusq; tibi gratias immortales agere in dies animadverterem, nolui meo officio deeſſe, & inter tot GALLOS tui amantiſsimos ſolus ingratus & tanti beneficii accepti immemor videri. Itaq; tibi Iuris, pietatis & Iuſtitiæ alumno, Aſtreæq; filio, hæc legum topica, etſi inculta, & minus elaborata devovere & conſecrare non dubitavi, & ſi me non lateat nihil niſi perfectum, & ſuis numeris abſolutum ad te perferri oportere. Quod eo audentius à me factum eſt, quod cum ſis Iuris & Iuſticiæ vindex acerrimus, hoc opuſculum Iuris tanquam tibi proprium optimo Iure vendicare poſsis, nam & tuum eſſe fatetur. Et quemadmodum ex Heſiodo in ſacrificiis deorum, non munerum magnitudo: ſed offerentis animus mensq; attenditur, adeo ut inopum munuſcula Deo gratiora, & acceptiora fuiſſe ſummis locupletum muneribus ex ſacroſancta ſcriptura liquido conſtet. Sic Reges qui pietate & Iuſtitia ad Deum proximè accedunt ( ut author eſt Iuſtinianus Imperator) non rei oblatæ magnitudinem & excellentiam, ſed offerentis animum, voluntatemq; intuentur, & maximè Chriſtianiſsimi GALLORVM Reges. id teſtatur Eraſmus in convivio fabuloſo de Lodoico Galliarum Rege ejus nominis undecimo loquens: qui raptam à Canone agricola oblatam, majore alacritate, quàm equum maximi ponderis, & pretii ab Aulico ſibi donatum accepit. Equidē Rex Chriſtianiſsime) non infitior quotidiè longe majora, & excellentiora munera tibi offerri: quib. nulla in parte hoc opuſculum reſpondet, ſed affirmare auſim neminem propenſiore & paratiore animo voluntateq, tibi obtuliſſe:

 liſſe:

liſſe: quam nos hoc munuſculum majeſtati tuæ dicamus & conſecramus. Quod ſi grato & hilari vultu hoc opuſculum exceperis, nos qui quatuordecim annos, in hoc tuo Iuris Liceo toto orbe celeberrimo in publica legum profeſsione non ſine maximis & Herculeis laboribus, & vigiliis contrivimus, ſatis uberes ſtudiorum noſtrorum fructus percepiſſe videbimur. Et alacriore animo, ad opus magnum & ingens inchoatum (quo tuæ, majorumq; tuorum conſtitutiones, & GALLORVM ritus, & mores continentur abſolvendum, abſolutum in lucem ſub tuo illuſtriſsimo & Chriſtianiſsimo nomine edendum excitabimur. Interim Deum optimum maximum obteſtamur: ut omnia tibi ex animi ſententia ſuccedant, VALESIORVMQVE familiam ad ſecundiores provehat rerum eventus. Datum in Academia Pariſienſi, Calendis Octobris Anno Seſquimilleſimo octuageſimo.

II. Me-

Π. Μορέλλου, εἰς τῶν Νομικῶν κύρ. Ρεβερτερίου τοπικά.

Οἷα μίτῳ Θησεὺς Ἀριαδνείῳ Λαβυρίνθου
Νικήτης περάτης τῶν μυχάτων ἀπέβη,
Ὥς γε Ρεβερτέριος Νομικῶν αἴνιγμα διδάσκει
Τοῖς δέσι παντοῖον τοπικοῖσι λύειν,
Ἀδικεῖσθαι κρεῖττον, ἢ ἀδικεῖν.

## YVONIS CAZRE TRECorenſis, atq; in iure pontificio Doctoris, in D. à Reberteria præceptorem ſuum, Epigramma.

*TVrpis inuſta diu generi Titanis inhæſit*
*Culpa, quod intulerit bella nefanda Iovi*
*Hinc tumidum fratres turbant concurſibus æquor,*
*Pectora nec rapidus deſinit ægra furor.*
*Nata nec Aſtræo, licet huius criminis expers,*
*Iratos potuit conciliare Deos.*
*Sed dea confuſas leges ſine lege ferebat,*
*Quas Labyrinthæum ludiſicabat iter.*
*At tandem Pallas linquit dum Cecropis arteis,*
*Gallorumq́; domos hoſpes amica petit.*
*Ecce Reberterius defeſſam corpus amice*
*Excipit, Aſtrææ qui quoq; præſtes erat.*

 Titanum.

*Titanumq́ nefas votis ut triſte piaret,*
*Vincit oliviferis tempora ritè comis.*
*Sic Titaniacæ, celebrans Quinquatria, proli*
*Pallada conciliat: Pallas at ipſa Iovem.*
*Teſtis ades iurata palus pallentis averni*
*Fœderis, & dextræ dextera iuncta manus.*
*Tum divæ Locheum meritis pro talibus, arcis*
*Palladiæ faciunt, iuridicæq́; ducem.*
*Qui vigil extemplò leges, legumq́; tenorem*
*Degerit in faciles Palladis arte locos.*
*Ergo novum perdiſce nova factum arte libellum*
*Lector, quem legum lucidus ordo iuvat.*
*Vt bene cultus ager varium, variuſq́; miniſtrat*
*Pignus. ubi ſegetem colligit unca manus*
*Boſq́;, aleſq́;, canis: carpit, ſcrutatur, & urget*
*Torvus, ovans, rapidus: gramina, grana, feras,*
*Hoc ita fert Lochei varios ex Codice fructus:*
*Omnis homo: iuvenis, virq́;, puerq́;, ſenex.*
*Prætor, agensq́;, ſophus: dirimit, confirmat, adornat:*
*Lites, ius, artes: indice, lege, locis.*

IOAN.

# IOANNIS A REBERTERIA TVRONENSIS I. C. ET

*in Pariſienſi Academia legum Profeſſoris, & in ſupremo Senatu cauſarum patroni.*

## Topicorum juris libri quatuor.

*Proœmium librorum.*

IN HOC CIVILIS PHIloſophiæ ſtudio quàm ſit neceſſaria diſputatio, paſſim docent Iuriſconſulti. in l. munerum §. mixta D. de muner. & honor. Pontifex in c. grave 15. v. 9. Cujus diſputationis authorem fuiſſe Parmenidem tradunt, ſine qua nec in ſcientiis ordo, nec in diſciplinis methodus, nec in rebus ſeries ulla, vix autne vix quidem inveniri poteſt, Vnde Ariſtoteles Peripateticorum princeps ſolius diſputationis auxilio omnes ſcientias, arteſque perluſtravit. Quod utinam in noſtra civili philoſophia Ariſtotelem haberemus, non tot juris ſtudioſi, tot legum labyrintis perterriti hoc ſtudium cum maximo reipub. diſpendio deſererent: militaremq; diſciplinam ſectarentur. Itaq; cum plures non ſolùm Galli, ſed & Germani legum ſtudioſi nobiſcum ſummis precibus contendiſſent ut omnia quæ ad

Philosophia dividit in tres partes, In moralem, naturalem, et rationalem. Moralis animum componit. Naturalis rerum naturam scrutat. Rationalis bene disserendi rationem docet.

hæc

hæc vſque tempora, in hoc iure ciuili velut chaos confuſa ac indigeſta reperiuntur, in artem redigeremus, locosq́, ex quibus argumenta in jure depromuntur, indicaremus, omnemq́; civilem Philoſophiam, poſt tot ſeculorum errores, quaſi jure poſtliminii in ſuum regnum ſedemq́; reſtitueremus, quod Marcus Tullius pollicitus erat, ſed morte præventus pollicitis ſtare non potuit. Nos eorum precibus annuentes ſuccisivis horis hoc onus Aetna gravius & noſtris viribus impar divinis auſpiciis fulti ſuſcepimus. Hæc enim Topica juris in gratiam ſtudioſæ legum juventutis ſuperioribus annis in lucem emiſimus, ſed cùm progreſſu temporis plura his deeſſe animadverteremus, & typographi incuria plurib. erroribus & mendis ſcatere circumſpiceremus, ea iterum typographis excudenda tradidimus: quibus tres diſputationum libros legum ſtudioſis pernecesſarios ſubjunximus. In his autem Topicon libris Peripateticos conſectabimur, dabimusq́; operam, ut non ſolùm lytæ & prolytæ: ſed etiam novi Iuſtinianei (qui ne quidem à limine Iuriſprudentiam ſalutarunt) hoc opus non minùs utile quàm neceſſarium intelligant.

DE

## DE LOCO ET ARGV-mento. Cap. I.

LOcus à Græcis τόπος dicitur, hinc τοπικὸς id eſt, localis: unde libri de inventione argumentorum ab Atiſtotele & Marco Tullio conſcripti Topica vocantur: quod in his appareat, quemadmodum argumenta ex locis definitis eruantur, inde τοπικὴ ars ipſa inveniendorum argumentorum. Marcus Tullius locum definit argumenti ſedem. Argumentum autem rationem, quæ rei dubiæ fidem faciat Cuius ſententiæ ſubſcribunt noſtri Iuriſconſulti. l. ſi duo patroni §. Marcellus, D. de jurejur. l. qui filium §.ult. D. ad Trebel. Idem in c. apoſtolicæ de re jud. in 6. Bald. in l. conventicula. C. de epiſc. & cler. & gloſ. in rubr. C. de probat. Boetius locum definit, id à quo ad propoſitam materiam conveniens argumentum trahitur. Vt enim in loco res omnes in ſuo ſtatu conſervantur: Sic in eo vis argumentorum continetur. l. 2. D. de relig. & ſumpt. fun. c. multi ſacerdotes 50. diſt. arg. l. & conventionis. D. de pact. Dicitur autem argumentum quaſi argutè inventum. Iſidoro interprete in c. forus. ext. de verb. ſignif. gloſator, in l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend. & l. de tutela, C. de in integ. reſt, l. deſiderium, C. depoſ. Argumentorum autem ex Boetico quædam ſunt probabilia & neceſſaria, ut ſi quid rei cuilibet adjectũ ſit, totũ majus efficitur. Alia ſunt probabilia et nõ neceſſaria, ut pater eſt, igitur filium diligit: quædã neceſſaria & non probabilia, quæ ita ſeſe, ut dicũtur habere neceſſe eſt: ſed his non facilè aſſentitur auditor: ut objectu lunaris corporis,

neceſſe eſt ſolis defectum contingere. Alia nec probabilia nec neceſſaria, ut habere quod non amiſiſti, verum hæc non eſſe argumento ex definitione argumenti liquido conſtat, pace tanti viri dixerim. Cæterùm ſine Topicis mutus eſt Iuriſconſultus, & elinguis, alteroq; lippiens oculo. Locorum autem quidam in eo ipſo de quo agitur hærent,& ex viſceribus cauſæ educuntur, ſi Ciceroni & Rodolpho credimus. Alii extrinſecus aſſumuntur: ut qui ex accidentibus petuntur, primi interni, poſteriores externi vocantur. Et ut Analytico ordine progrediamur, hanc materiam ab internis auſpicabimur, inter quos locus à definitione primum ſibi locum vendicat.

*Locus à definitione. Cap. 2.*

NOSTRI juris interpretes cùm ſubjectam materiam non attenderent, hanc regulam. Omnis definitio in jure civili periculoſa eſt, de definitione: quæ genere & differentiis conſtat, intelligendam contra Vlpiani mentem falſò exiſtimarunt Doctores in l. omnis definitio D. de reg. jur. Ibi de univerſis regulis diſſerit Iuriſconſultus. non de definitionibus, ut rectè ſentit præceptor meus Duarenus in libris diſputationũ. Idq; ex primo Pauli Iuriſconſulti reſponſo colligitur, ex l. omnis D. de reg. jur. Etenim oratio univerſalis in parte falſa in toto falſa eſt,l. ſi quis ducenta §. utrum D. de reb. dub. Itaq; ut error errorem generat: hi in ea fuerunt hæreſi: ut judicarent argumenta à definitione locum non eſſe in jure, ſed toto cœlo aberrant. Hæc enim ratiocinandi forma ſummam vim & auctoritatem in civili philoſophia

obtinet:

obtinet: qua Labeo Iuriſconſultus ad evertendam doli mali definitionem à *Servio Sulpitio* aſsignatam utitur. Cujus Labeonis ſententiæ ſubſcribit Vlpianus in l. 1. §. dolum D. de dol. mal. Cujus verba ſunt hæc dolum malum. Servius quidem ita definit machinationem quandam: alterius decipiendi cauſa, cùm aliud agitur, & aliud ſimulatur. Labeo autem ait, poſſe & ſine ſimulatione id agi: ut quis circunveniatur poſſe, & ſine dolo malo aliud agi & aliud ſimulari, ſicuti faciunt qui per hujuſmodi diſsimulationem ſervant & tuentur, vel ſua vel aliena. Ex hoc Labeonis & Vlpiani reſponſo tria propoſita circa hanc ratiocinandi formam neceſſariò colligenda ſunt vide Barth. in d. l. 1. §. dolum. Primùm omnis legitima definitio cum ſuo definitio converti-tur. Deindè non debet definitio latiùs patere ſuo definito. At definitio Servii Sulpitii latiùs patet, igitur nulla eſt. Aliud eſt propoſitum quo ſæpiſsimè noſtri Iuriſconſulti utuntur. Cuicunq; competit definitio, competit & definitum & contra. Felynus in cap. querelam in princip. iij. col. de jure jur. At definitio Servii Sulpitii non ſoli definito competit, ſcilicet dolo malo ſed & dolo bono. Vera autem definitio ſolum definitum contemplatur, igitur nulla eſt Sulpitii definitio, hac ratione Alciatus lumen philoſophiæ, 1. lib. Diſpunctio. cap. 10. contendit expungendas eſſe in definitione furti duas voculas, ſcilicet invito domino, quas à typographis in textum relatas conjicere licet: nam furtum etiam volente domino fieri poteſt, putà ſi ſurripiam; id, quod exiſtimo dominum nolle cùm velit Pomponius docet me eſſe furem, l. inter omnes §. penult D. de furt. & l. ſi quis ſervo, C. de furt. Deindè dominus rem ſuam furari poteſt: utpote pignorantiam §. inter-

dum

dum, Inſtit. de oblig. quæ ex delicto. *Sed* pace Al- ciati dixerim furtum non committitur, ſi domino volente contrectatio fiat. nec obſtat Vlpia. reſponſum in d. inter omnes §. penult. Nam Pomponii ſententia ab Vlpiano refellitur. Verum rei ſuæ quis furtum facere poteſt, ut diximus, d. §. interdum. Aliud eſt Axioma: Quibus eadem definitio competit, hæc eadem ſint neceſſe eſt, ut docet Imperator, l. Si idem C. de Codic. Vbi docto 1. Definitiones autem conſtat genere & differentia, ut ſcite Bartolus poſt Ariſtotelem & Marcum Tullium monuit, in l. 1. D. de teſtam. & Alciatus lib. 4. parodoxor. cap. 1. Vt actio eſt jus perſequendi in judicio quod ſibi debetur. Ius genus eſt, quod ex definitione ſupereſt, differentiarum locum obtinet, not. in §. 1. inſt. de act. Item mora definitur ceſſatio ejus quod alter alteri debet jure interdicta, ut in noſtro libello de mora diximus neceſſario genus eſt, quæ ſequuntur differentiæ ſunt. Hac definitione utitur Iuriſconſultus, paſsim ut in l. 1. ϖ de juſt. & jure & l. 1. ϖ de teſt. & l. 1. ϖ de Tut. Hujus autem argumenti duplex eſt forma, negans & affirmans, negans non eſt jus perſequendi in judicio quod ſibi debetur, igitur non eſt actio. Affirmans eſt jus perſequendi &c. Igitur eſt actio. Hoc argumentationis genere utuntur pleriſq; in locis Imperatores & Iuriſconſulti, l. depoſiti. C. depoſ. Et Calliſtratus in 1. extat D. quod met. cauſ. & l. ult. in fin. §. creditores D. de oblig. & act. Eſt autem definitio coactæ in ſe, & complicatæ rei explicatio: nam definitum pugno; definitio vero manui in digitos ductæ ſimilis judicatur. Marcus Tullius definit eam, quæ quaſi inſolutum evoluit, id de quo quæritur, Vnde Franciſc. Are. in l. minoribus. in ij col. D. de vulg. & pup. docet definitionem

nem quid dilatum oſtendere, id eſt eſſentiam rei patefacere.

### *Locus à deſcriptione.* *Cap. 3.*

IVRISCONSVLTI philoſophorum more ob penuriam definitionum deſcriptionibus utuntur: quæ ex accidentibus & qualitatibus rem de qua controverſia eſt oculis ſubjiciunt. Et licet deſcriptio genere & differentiis eſſentialibus non conſtet, nihilominus iiſdem locis communibus nititur: ut enim definitio cum ſuo definito convertitur: ſic deſcriptio cum ſuo deſcripto, & quemadmodum definitio ſoli definito competit, nec latius patere debet, ſic deſcriptio. Item ſicut á quocunq; removetur, definitio, removetur & definitum. Sic à quocunq; removetur deſcriptio, removetur & deſcriptum. Vnde Iulianus l. quæſitum D. de re judic. ſic ratiocinatur, morbus ſonticus eſt, qui alicui impedimento eſt ne poſſit judicio ſiſtere, at febris quartana non impedit, quo minus quis in judicium veniat, judiciove ſiſtat, igitur febris quartana non eſt morbus ſonticus. Doctores in l. certum D. ſi cert. petat. Claudius Cantiuncula in dialectica legali. cap. 12. Cæterum omnis diſputandi ac dicendi ratio à definitione exordium ſumit, auctore Ariſtotele quod ſi genus & differentiæ eſſentiales deficiant deſcriptionibus utendum eſt, Ariſtoteles lib. 6. Top. Marcus Tullius primo offic.

### *Locus ab Etymologia.* *cap. 4.*

NOTATIO à Græcis etymologia dicitur. ἔτυμον autem Græcè verum, & λόγος ſermonem ſignificat: quaſi veriloquium, Rodolphus Agricola Marcum Tullium ignorantiæ inſimulat,

quod

quod locum ab etymologia ſeu notatione vocabuli in numerum eorum qui in ſubſtantia ſunt, retulerit, cum notatio verbi accidentiam naturam contineat. Sed longé fallitur Rodolphus: Nam & Marcus Tul. non exiſtimavit nomen ipſum rei ſubſtantiale eſſe: qui librum Ariſtotelis de interpretatione perlegerat. Sed ut definitio definitæ rei ſubſtantialis eſt, quia ejus ſubſtantiam explicat: ita notatio verbi vocabulo ſubſtantialis dicitur. Etenim verbi quodammodo naturam & ſubſtantiam declarat. Hic autem diſputant noſtri an verba naturalia ſint. Sed tota hæc diſputatio á Platone in Cratylo deciditur, & á Publio Nigidio apud Aulum Gellium lib. 10. cap. 4. Ariſtoteles naturalia non eſſe contendit.

Verba autem ideò inventa ſunt, ut ſenſa animi, voluntatesq; exprimant, verba enim rebus non res verbis inſerviunt; undè rectè Marcus Tullius Cicero in academicis: In philoſophia res non verba penduntur. Dum enim verba attenduntur, ſenſus veritatis amittitur, ut ait Pontifex Romanus. Et ſcire leges non eſt earum verba tenere, ſed mentem & ſenſum, l. ſcire D. de legib. Sciendum eſt verba progreſſu temporis immutari. unde Poeta Horatius in lib. de arte poetica:

*Multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentq;,*
*Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus:*
*Quem penes arbitrium eſt, & vis ac norma loquendi.*

Itaq; in dicendi arte uſus principatum obtinet hinc Poeta:

*Moribus antiquis præſentibus utere verbis,*

Vt ait Ariſtot. *loquendum ut plures, ſentiendum ut pauci.* Argumentum autem á notatione ſummam vim in jure obtinet, l. notionem § inſtrumentorum in verb. propriè. & l. tugurii. & l. pupillus §. territorium

torium, ubi gloſ. D. de verb. ſignif. c. forus ex eodem. Idq́; ducitur ab eo quod per notationem interpretamur ad ipſam Etymologiam, aut ab ipſa notatione, ſeu etymologia ad verbum explicatum. Primo caſu argumentum affirmativè, non etiam negativè conceptum, locum habet: ut teſtamentum eſt. Igitur eſt tentatio mentis, not in §. 1. inſt. de teſtam. At cum negatione non concludit ut non eſt teſtamentum. Igitur non eſt teſtatio mentis. Nam codicilli, epiſtolæ, non ſunt teſtamenta, & tamen ſunt teſtationes mentis. Quod cùm Laurentius Valla non animadverteret, lib. 6. elegantiarum cap. 12. Imperatorem noſtrum temerè reprehendit, quod dixerit teſtamentum eſſe teſtationem mentis, quia non ſequitur, inquit, eſt teſtatio mentis, igitur eſt teſtamentum. Poſteriore caſu, ſcilicet à notatione ad id quod explicatur, negativè concludit argumentum, ut non eſt teſtatio mentis, igitur non eſt teſtamentum, non autem affirmativè, nec enim ſequitur, eſt teſtatio mentis, igitur eſt teſtamentum. Item, de meo fit tuum ergo eſt mutuum. Precibus impetratum eſt: igitur eſt precarium: hæc argumenta nihil inferunt. verum enimverò videant legum ſtudioſi, an notatio propria ſit: nam Alciatus contra omnium juris interpretum ſententiam judicavit, lib. 1. diſpunctio. cap. 10. Poſſeſsionem non dici à pedum poſitione: unde verb. reſponſi in l. D. de acq. poſſeſſ. corrupta ſic reſtitui debent. Poſſeſsio appellata eſt à ſedibus, & ut Labeo ait, quaſi poſitio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei inſiſtit. Eſt enim vera hujus vocis alluſio, vide Iſidorum libro Etymologiarum. Inſuper in Topicis Marcus Tullius lapſus eſt, qui hanc legem Aſsiduo aſsiduus vindex eſto, proletario civi quivis volet vindex eſto, eſſe Aeliam



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0019-9

Sentiam contendit: quæ circa libertates ſolùm verſatur, cùm ſit lex duodecim tabularum, quæ ſic intelligenda eſt, nemo defenſor idoneus alienæ litis ſine ſatisdatione intelligitur. l. qui proprio §. qui alium D. de procurat licet ſit aſsiduus, id eſt, locupletiſsimus. Itaq; ſi abſentis cauſam, ut procurator defendere, & tueri ſine mandato deſiderat, licet ſit aſsiduus, nihilominus aſsiduum vindicem habeat, id eſt, locupletiſsimum fidejuſſorem. Hinc teſte Budæo aſsiduus fidejuſſor vocatur à Gallis, *Caution bourgeoiſe*. Legis autem decem viralis mens erat, ut aſsidui aſsiduos & divites fidejuſſores haberent. At proletarii, id eſt, inopes & pauperrimi, teſte Budæo, quoſvis dare poterant, Budæus in l. ult. D. de pignorat actio. Nam & cautio juratoria, in defectum alterius ſatisdationis admittebatur. Hæc autem hujus vocis donatio eſt, aſsiduus eſt, igitur aſſis, id eſt, pecuniam dare poteſt: nam aſsiduus ab aſſe vel ab ære dando denominationem accipit. Aes autem in jure nonnunquam pro aureis accipitur. l. etiam aureos, D. de verb. ſignif. & pro qualibet moneta. Nam antiquitùs omnis pecunia erat ærea, ut docet Appellus & Oldendorpius, hinc æs noſtrum dicimus quod nobis debetur, Galli vocant, *Debtes actives*: unde in ære noſtro eſſe, id eſt in bonis noſtris. Aes verò alienum quod aliis debemus, gallicè, *Debtes paſsives*. l. cædere diem D. de verb. ſignif. Budæus in forenſ. Inde emanavit hæc loquendi formula grande æs alienum contraxit, ære alieno obſtrictus eſt, not. in l. ult. D. de in jus vocando. Et l. ſi quis id quod D. de juriſd. omn. jud. & l. 1. D. de pœn. ubi qui non habet in ære luat in corpore. Aſſem verò ab ære dictum eſſe, Marcus Varro auctor eſt, lib. 1. de ling. Latina, Iuriſconſulti hæreditatem aſſem vocant, & par-

& partes hæreditatis uncias, Alexander Neapolitanus lib. 1. genial. dier §. hæreditas inſtit. de hæred. inſtit. Hoc autem argumento paſsim utuntur Iuriſconſulti ut Vlpianus in l. 1. ff de juſtit. & jur. cum de jure diſputationem inſtituerit docet ſcire oportere ante omnia unde nomen Iuris deſcendat ſcilicet à Iuſtitia & pactum à pactione unde pacis nomen l. 1. ff de pact. idem in l. 11. §. mutui pactio ſi erat pet. & l. 1. ff de furt. §. vicarii inſtit. de publ. indic. verum Bart. docet cum definitio & Etymologia inter ſe differunt ſtandum eſſe definitioni in l. 1. D. de teſta. & l. 1. D. de Tutel. Paulus caſtrenſis in l. 1. in princ. De Iuſt. & Iur.

## *Locus à diviſione.* *Cap. 5.*

SAEpiſsimè Iuriſconſulti diviſionibus utūtur: ut res, de qua diſputatio inſtituenda eſt, faciliùs innoteſcat: unde Iuſtini. libro primo Inſtitut. Ius omne dividit in publicum & privatum, Privatum in naturale, gentium & civile: deindè jus civile in ſcriptum & non ſcriptum. Præterea jus ſcriptum, in legem plebiſcitum, ſenatuſconſultum, magiſtratuum edicta, principum placita reſponſa prudentum: denique diuiſionum uſus Iuriſconſultis non minus utilis, quam neceſſarius judicatur. Hic autem ſequentia axiomata diligenter obſervanda ſunt. Primum,

Omne Omonymon ſeu multiplex, prius dividendum eſſe, quam definiendum.

Item in diviſione nullum membrum redundare debet, nihilq́, ſuperfluum eſſe.

Deindè diviſio non debet latiùs patere ſuo diviſo, nec diviſum latiùs ſua diviſione.

Verum in tradendi diviſionibus Iuriſconſulti aſtricti non ſunt Philoſophorum regulis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0021-6

*Locus à conjugatis* Cap. 6.

POSTQVAM expoſuimus locum à notatione nominis operepretium duximus, hic de conjugatis diſputationem inſtituere, quæ cum Etymologia ſummam affinitatem habent. Hæc.n. ex vi nominis trahitur. Itemq; ex proprietate vocabuli.

Conjugata ſimilitudine nominis continentur. Hæc à Marco Tullio definiuntur: quæ ex verbis ejuſdem generis ſeu originis ſunt. Ejuſdem autem generis verba ſunt, quæ orta ab uno variè commutantur, ut juſtitia, juſtus juſtè. Hoc argumento nonnunquam utuntur juriſconſulti. Verùm Fabius exiſtimat, hanc ratiocinandi formam nullas aut minimas vires obtinere: cùm conjugata æquè nota, & perſpecta ſint. Ea Ariſtoteles σύςοιχα vocat, Cicero συςοιχία. Idem Ariſtoteles conjugata, à caſibus conjugatorum diſtinguit: qui in adverbia inflectuntur: ut doctè, prudenter, juſtè, nec ſine maxima ratione. Nam à caſibus ad conjugata nullum eſt argumentum, nec enim ſequitur, juſte egit, ergo juſtus eſt. Et enim fures ſemel juſte agere poſſunt, & tamen juſti non ſunt, cùm juſtitia ex pluribus actionibus juſtis & legitimis abſolvatur, non ex una. unde habitus dicitur. Marcus Tullius hoc exemplum ſubjicit. Si compaſcuus ager eſt, jus eſt compaſcere, id eſt, jus habeo immittendi in agrum tuum pecudes paſcendi cauſa. Hinc ſylva paſcua, & loca compaſcua. l. divortio. D. ſolut. mat. quemadm. dos pet. l. ſylva D. de verb. ſignif. & l. veluti. D. de ſervit. præd. ruſtic. Item dicimus, uſum domus habet, igitur jus utendi hac domo, nam uſus & uti ſunt conjugata, ſicut compaſcuus & compaſcere. Feſtus Pomponius, ex veterum juriſconſultorum ſententia, docet compaſcuum agrum eſſe, qui communiter vicinis relictus

ſit, ad

ſit, ad paſcenda pecora, galli vocant, *terres vagues, & communes*. Hoc argumento, á conjugatis utitur juriſconſultus pleriſq; in locis, ut in l. cùm hæres D. de diverſis, & tempor. præſcript. Hæres in jus univerſum ſuccedit, quod defunctus habuit tempore mortis, idque colligitur ex l. hæreditas, D. de reg. jur. Hæreditas eſt ſucceſsio in jus univerſum: quod defunctus habuit tempore mortis. Hæreditas autem & hæres ſunt conjugata. Et quæcunque competunt uni conjugatorum, & alteri competant neceſſe eſt. Item teſtator cognationi ſuæ mille legavit, ergo cognatis, l. 1. §. ſi cognatis. in fin. de reb. dub. Deindè tutor eſt, igitur tueri pupillum poteſt, l. 1. D. de Tutel. Eodem argumento utitur Brutut, in l. vetus verſ. nec enim D. de uſuf. Homo non eſt in fructu, igitur nullus homine frui poterit, cùm omnes fructus hominis cauſa Deus procreaverit. Huic argumento locus eſt, ſive quis affirmet ſive neget. Illud eſt quod ajunt noſtri & affirmativè & negativè valere: affirmative, ſi ſit aqua pluvia: igitur pluendo crevit & nocuit, l. 1. §. in ſumma D. de aqua pluvia: Negativè, civitatem amiſit, Ergo in numero civium eſſe deſiit: vel ergo civis non eſt, §. cùm autem. inſt. quibus mod. jus pat. poteſt ſolvit. Porrò plura ſunt conjugata: quæ non voce, ſed re conveniunt, ut virtutis ſtudioſus, nec enim Latinè virtuoſus dici poteſt, Ariſt. & Cicer. in Topic. Quæcunq; autem uni conjugatorum competunt, & alteri competant neceſſe eſt, not. in l. damnato C. de hærets & manich.

*Locus à genere. Cap. 7.*

PERIPATETICI genus quoddam ſupremum, quoddam inter medium, aliud infimum conſtituunt. Primum eſt ſubſtantia, alterum

corpus,poſtremum animal. Hæc tria genera perrarò à noſtris juriſconſultis conſiderantur. Imò verò ſi quis vendiderit,donaverit vel legaverit ſubſtantiam, corpus vel animal, nulla eſt venditio nulla donatio. nullum legatum: nam tradendo lapidem aut formicam, liberatur promiſſor. Verum infimam ſpeciem (ſic enim Peripatetici eam vocant) juriſconſulti genus appellant, & individua ſpecies utpote homo, ſervus, equus in jure genera vocantur. Item Plato,Socrates,Stichus ſpecies dicuntur. l. eum qui ædes, D. de uſucap. gloſ. in l. 2. D. ſi cert. petat. & l. legato, D. de leg. 1. Nec vero gloſatoris & Iaſonis ſententiæ aſtipulamur, in l. ult. C. de condit. inſert. l. vinum, & l. quod te D. ſi cert. pet. qui contendunt genus generaliſsimum eſſe in jure ſervum, equum, bovem. Hominem deniq; omnem ſpeciem infinitam Dialecticorum, Genus verò ſubalternum unum ex equis, unum ex bobus vel ſervis, dialectici individuum vagum & incertum vocant, nos verò ſpeciem incertam, & indeterminatam dici poſſe contendimus. Ex his conſtat dialecticorum ſpecies ſeu formas apud juriſconſultos genera eſſe, individua verò ſpecies in hac civili philoſophia vocari, ut ſupra diximus, Bald. in l. 2. § penulti. D. ſi cert. pet. nonnunquam tamen & genus & totum pro ſuis formis & partibus accipiuntur. l. ſi quis cum totum D. de except. rei. jud. & l. ſi unus §. Item ſi pactus D. de pact. Si quis autem ſit debitor generis: ut equi, bovis, ſervi, etiam ſi omnes ſui equi, vel ſervi incendio, vel alio caſu fortuito perierint, etiam ante moram: non tamen ob id obligationis vinculo ſolutus debitor judicatur, ſecus ſi ſpecies promiſſa ſit: quia debitum in genere, vel in quantitate nunquam perit. At in ſpecie perire poteſt, ſi modo debitor in moræ vitium

dum non incurrerit, l. incendium C. ſi cert. pet. l. in ratione §. diligenter D. ad l. falc. Argumentum autem à genere ad ſpeciem fortiſsimum eſt in jure negativè conceptum, ut non eſt adoptio, igitur adrogatio eſſe non poteſt, l. 1. & l. 2. D. de adoptio. At cum affirmatione non concludit, ut eſt adoptio, igitur eſt adrogatio, poteſt enim eſſe adoptio ſpecialis, d. l. 1. ut Fabius teſtatur, verum ſi cum ſigno univerſali proferatur, tunc & affirmativè locum habebit hoc argumentum à genere, ut docet in Topic. Marcus Tullius. Si argentum (inquit) omne mulieri legatum eſt, non poteſt ea pecunia: quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata. Argentum genus eſt, nam & pecuniam numeratam complectitur & nomina debitorum: ut Viſorius exiſtimavit. Et ſanè in ea ſententia fuit Marcus Tullius. Cujus opinio à noſtris juriſconſultis, & maximè ab Vlpiano exploſa eſt. Sic enim ait Vlpianus, cum aurum & argentū legatum eſt, quicquid auri, argentive relictum eſt legato continetur ſive factum ſive infectum ſit. Pecuniam autem ſignatam placet eo legato non contineri. Item cui omne argentum legatum eſt an ei nummi quoq; legati eſſe videantur, quæritur. Et puto non contineri, non facilè enim quiſquam argenti numero nummos computat. Nec verò hoc Ciceronis exemplum petendum eſt, ex juriſconſulti reſponſo, l. Quintus Mutius §. argento D. de aur. & arg. leg. Id enim docet argento omni legato, quod ſuum eſt, ſine dubio non deberi, id quod eſt incredito, quia ſuum non videtur, quod vendicare non poteſt contra Hegendorphinū, domino enim competit rei vendicatio, l. doce ancillam C. de rei vend. In hac autem diſputatione generis ſequentia juris axiomata notanda ſunt. Primū generi per ſpeciem derogatur. Veluti ſi duas ſtatuas marmoreas Titio, Deinde omne

marmor Mevio legavero: hac generali clauſula hæ duæ ſtatuæ Titio legatæ non continebuntur, Pomponius in l. 1. D. de aur. & arg. leg. Item verbum generale generaliter eſt intelligendum. Nam qui dicit omne nihil excludit, l. quiſquis §. prætor ait, D. de in jus voc. l. Item apud Labeonem §. generaliter D. de jure. jur. l. 1. §. generaliter D. de leg. præſtan: & l. ult. in fin. C. de dot. promiſ. Vnde inferunt noſtri juris interpretes neminem cogi, Antipocas generales & liberationes tradere, quia captioſæ ſunt Bart. in l. cum Aquiliana D. de tranſact. & l. 3. §. per contrarium, & ibi Bald. D. de contra jud. Tutel. Salyc. in l. ſicut datam in fin. C. de liber. cauſ. Et Bald. in l. pactum, C. de collat. Item uniuerſalis oratio per jus commune reſtringitur, l. quæro, §. inter locatorem D. locat. l. ut gradatim §. 1. D. de muner. & hon. & l. 2. C. de noxal. act. Deindè a quocunq, removetur genus removentur & ejus ſpecies. Si non eſt obligatio, igitur nec ſtipulatio, l. ult. in princ. C. de uſur. rei judicatæ, & l. 1. §. quod autem D. de alienatio mutam judicii & Bart. in l. Iuriſgentium §. ſed ſi D. de pact. docto in l. ſi cauſa C. de tranſact. Item verbum generale reſtringitur ut abſurdum evitetur, vel pravus legum intellectus. c. ſolitæ De majorit. & obed. Deindè non extenditur ad ea quæ de novo emergunt, l. Qui cum tutoribus in fin. D. De tranſact. Inſuper in generali oratione medium habile (ut ajunt) conſiderandum eſt, idque imprimis cauſarum patroni animadvertere debent, nam medium illud habile in omnibus ſpeciebus reſidet nec extravagatur. l. Emptor §. Lucius, D. de pactis. Veluti verbum generale in tranſactionibus ad lites tantum, & controverſias protenditur, glo. in d. §. Lucius, Deindè, ſi cui feudum cum omnibus

Iuribus

Iuribus donavero, hac donatione ſpiritualia jura non continentur, quia donator expreſsis verbis, ſolum de temporalibus loquutus eſt, quæ à divinis & ſpiritualibus omnino ſeparata & diſtincta ſunt, Clem. 1.§. de Præbend. Innocent. in c. ex liberis, De Iure patron. Deindè verbum generale regulariter ad omne tempus refertur.

*Locus à ſpecie ſeu forma.* Cap. 8.

MARCVS Tullius in ſuis Topicis, hunc locum à forma generis vocat: quod forma ſeu ſpecies genus informæ & confuſum explicet. Ab hac ſede dupliciter argumentum trahitur. Etenim unius formæ ſeu ſpeciei cõfirmatio, vel eſt alterius refutatio vel generis approbatio. Prioris ratiocinationis exemplum eſt adrogatio, igitur non eſt ſpecialis adoptio, & ita unius affirmatione alterius negatio infertur. Poſterioris ita, Eſt adrogatio, igitur eſt adoptio. Nam ex Fabio ſpecies ſui generis firmam probationem habet, infirmam refutationem. Hujus autem argumenti difficilimum exemplum à Marco Tullio adducitur. Si ita, inquit Fabiæ pecunia legata eſt à viro, ſi ei viro materfamilias eſſet: ſi ea in manum viri non convenerat, nihil debetur. Genus enim eſt uxor, ejus duæ ſpecies: una matrumfamilias, earum: quæ in manum convenerunt: altera earum quæ tantummodo uxores habentur, qua in parte cum fuerit Fabiæ legatum ei non videtur. Notandum eſt apud veteres Romanos uxorem tribus modis accipi teſte Budæo, uſu, farre & coemptione. Confarreatio ad ſolos Pontifices pertinebat, uſu uxor erat: quæ tantum cum eo habitabat viro ad ſuſcipiendos, procreandosq́; liberos, nec inteſtato viro

to viro ſuccedebat, & hæc concubina dicebatur l. 1. D. de concub. Coemptione mulier in manum viri conveniebat his verbis, vis mihi materfamilias eſſe, volo dicebat mulier, & viciſsim illa virum interrogabat vis mihi paterfamilias eſſe: volo inquit maritus, & ſtatim mulier loco filiæ erat viro & materfamilias dicebatur, & inteſtato ſuccedebat. Etenim materfamilias legitimè marito nupta, in poteſtatem & familiam mariti tranſibat, & bonorum mariti ſocia exiſtebat. Vnde legis Romuli verba ſunt hæc, Mulier viro legitimè conjuncta fortunarum & ſacrorum ſocia illi eſto, ut quæ ille Dominus, ita hæc domina. Nonnulli interpretum exiſtimant, Romulum legitimam nuptiarum conjunctionem appellaſſe, quæ farris communione fiebat, ubi nempe antiquiſsimi & ſacroſancti æquè in ſacrificiis utebantur. Vxorem autem quaſi dominam rerum mariti Nerva & Caſsius. Juriſconſulti contra Fabinianos non ſine maxima ratione judicarunt, l. 1. D. rerum amotarum. Verum Vlpianus non exiſtimat nuptias legitimas, vel natales maeremfamilias conſtituere, ſed bonos mores, l. pronunciatum. §. matremfamilias. D. de verb. ſignif. Idq; contra Ciceronis ſententiam. Notandum eſt poſita ſpecie neceſſario, poni genus, ut eſt adrogatio, igitur & adoptio, non è contrario, l. ſi quid earum §. interemptum, & ibi Bart. & gloſ. D. de leg. 3. l. per ſervum. §. D de uſu, & habit. Vt uſufructui ineſt uſus, ſed non è converſo. Cæterùm in tradendis præceptis juriſconſulti ſpeciem, ut dialectici ſæpiſsimè accipiunt. Item & genus veluti cum dividunt ſervitutem realem in iter, actum, & viam. Sic inferunt, eſt iter, igitur eſt ſervitus ſed non contra. Eſt ſervitus realis igitur eſt iter. Sed hæc hactenus de loco à genere & ſpecie.

& ſpecie. Nunc de toto & partibus diſputandum eſt.

*Locus à Toto.* *Cap. 9.*

HIc locus à Toto ducitur: quando totum illud, quod in quæſtione poſitum eſt, definitione complectimur. Peripatetici tres locorum gradus conſtituunt, vnum eorum: qui ad totum referuntur, id eſt qui univerſam rei propoſitæ ſubſtantiam & naturam continent: quique toti reſpondent, & æquipollent, nec latius ſeſe fundunt quàm totum, nec anguſtius contrahuntur: vt definitio cum definito, notatio, cum notato, omneſque partes toti pares ſunt. Hi tres loci ad totum referuntur. Nam definitio eſt totum, partes ſimul coniunctæ, totum fiunt, & eſt totum notatio nominis. Alterum ſtatuunt eorum: qui ad totum quodam modo affecti ſunt. Poſtremum eorum qui à toto remoti, longeq; disiuncti ſunt Marcus Tullius in Topic. Totius autem partes quædam integrales ſunt, quædam ſubſtantiales. Integrales ſunt quæ totum inter ſe conſtituunt, & componunt, vt parietes, cubicula veſtibulum, culina ſunt partes integrales domus. Subſtantiales verò, ſine quibus totum nullo modo ſubſiſtere poteſt, ut ſolum fundamentum. A toto integrali ſic poſſumus ratiocinari. Eſt domus, ergo in ea eſt paries, cubiculum. Argumentum autem à toto ad partes eſt fortiſsimum, in jure quo utitur.

Paulus juriſconſultus, in l. domo D. de pignora act. veluti domus eſt pignori data, igitur & area ejus tenebitur. Eſt enim pars domus, nonnunquam etiam á parte ad totum ratiocinamur, Mevio ex pacto venditionis. Pomerio cujuslibet civitatis interdictum

dictum eſt. Ergo etiam urbi interdictum videtur in l. cui pacto D. de ſervis, expor. Hic autem loci quidam communes adducuntur. Primus, quæ eſt ratio totius ad totum, eadem eſt partis ad partem, l. quæ de tota in princ. & ibi gloſſ. & Bart. D. de rei vend. l. juris gentium §. adeò, & ibi Iaſ. D. de pact. & l. ſi unus §. ſi cum tibi cum ſeq. D. eod. Veluti ſi cauſarum patronus ſtipuletur ſibi centum aureos dari, ſi victoria potiatur. Sicut totam hanc centum aureorum ſummam conſequetur, ſi in omnibus cauſis vincat: ita ſi in quibuſdam cauſis victor ſit, in aliis victus pro rata conſequetur, cum eadem ſit ratio partis ad partem, quæ eſt totius ad totum. d. l. quæ de tota, & l. unic. C. de ſuffrag. ubi doctor. Quod verum eſt ſi ſit eadem ratio ſecus ſi diverſa, ut ſcito Saly. Cynus & Interpretes, in l. cum notiſsimi §. in his C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. Deinde non eſt locus huic argumento in individuis, l. pro parte de ſervit. Bart. in l. per fundum D. de ſervit. ruſt. præd. Item ſi jus commune adverſetur, c. ult. §. vires. de offic. deleg. in 6. Præterea qui totum legat vel vendit. aut donat quamlibet partem legaſſe vel donaſſe intelligitur, l. Lucius D. de fundo inſtr. ubi gloſ. & l. grege D. de leg. 1. l. peculium D. de leg. 2. Inſuper nounulli totum multiplex eſſe contendunt, ſcilicet integrale, ut eſt domus, quoddam generale, ut eſt veſtis, quoddam in quantitate, ut centum aurei, Poſtremum univerſale, ut animal. Ratiocinatio petita à toto integrali, ad partem integralem locum obtinet ſi cum affirmatione concipiatur veluti eſt domus igitur paries, ſed non ſequitur non eſt domus, ergo non eſt paries. A parte integrali ad totum negativè tantum concludit, ut non eſt paries, igitur non eſt domus, gloſ. & Interpretes in

l. 4. D.

l. 4. D. de uſufr. Idem de toto generali dicendum arbitror, l. ult. §. qui indiviſam C. quæ res pignor. & l. ſi ita D. de aur. & arg. Argumentationi autem à toto in quantitate ad partem negativè locus eſt. A parte ad totum etiam negative, l. ſi quis totum D. de except. rei jud. &c. ſuper quæſtionum §. ult. de offic. de legat. Cæterùm argumentum à toto in quantitate ad partem affirmative concludit, ut ſunt decem, ergo & quinq; nam in majori ſumma minor ineſt, l. 1. D. de verb. oblig. & l. decem. eod. tit.

*Locus à partibus.* Cap. 10.

CANTIVNCVLA cum de loco à partibus ad totum diſſerit, exiſtimat imprimis videndum eſſe, an de rei eſſentia, an de qualitate diſputatio inſtituatur. Primò caſu judicat argumentum cum affirmatione conceptum valere ſecus ſi cum negatione: ut eſt pes hominis, igitur præſupponit hominem eſſe. Item eſt artemon navis, igitur eſt navis. Verum hæc diſputatio, vix aut ne vix quidem uſui eſſe poteſt. Hic autem diligenter animadvertendum eſt. An de quantitate diſcreta agatur ad inſtar ſpeciei ſeu formæ, legata vel promiſſa, veluti ſi teſtator legaverit mille aureos, qui ſunt in archa ſua, hæc quantitas diſcreta eſt velut ſpecies. Ideoq; ſi ante moram amiſſa ſit debitor liberabitur, l. talis ſcriptur. & l. ſed & ſi D. de leg. 1. & l. ſi certos D. de verb. oblig. Eſt autem locus huic argumentó cum à partium enumeratione petitum eſt. Cujus exemplum à Marco Tullio in Topicis adducitur. Si liber eſt factus Pamphilus. Igitur vel cenſu, vel vindicta, vel teſtamento, vel per

Epiſtolam,

Epiſtolam: Atqui Pamphilus nec cenſu, nec teſtamento, nec Epiſtola manumiſſus eſt. Igitur liber non eſt, Tot. tit. pandect. de manumiſſ. & tit. de manumiſſ. vindic. Fabius hanc partium enumerationem, remotionem partium vocat. Eſt enim argumentorum genus ex remotione, qua nunc efficitur totum falſum, nunc id quod relinquitur verum oſtenditur. Totum falſum erit ſi dicas, ſi tu es civis, igitur natus aut factus, ſed neq; natus neq; factus, non es igitur civis, natus & factus partes ſunt, quæ removentur, & his remotis totum, id eſt civis falſum oſtenditur, reliquum ſit verum, ita Pamphilus quem tibi adrogas, aut verna tuus eſt aut donatus, legatus, aut ab hoſte captus, aut emptus, aut alienus. At non eſt verna tuus, non donatus, legatus aut ab hoſte captus, nec emptus, igitur alienus. Partes ſunt verna, donatus, legatus, ab hoſte captus & emptus: quæ ſic evertuntur, ut hæc poſtrema, id eſt, alienus neceſſariò ſequatur & confirmetur. Partium autem enumeratio eſt argumentatio perfecta in qua vel ex partibus totum, vel ex formis genus univerſaliter colligitur, à Marco Tullio in libris Rhetoricorum definitur enumeratio, quæ pluribus rebus expoſitis, & cæteris infirmatis unam aliquam neceſſariò confirmat. Inſuper cum ab enumeratione partium argumentamur, omnes partes connumerandæ ſunt, alias nulla ex ea ratiocinatione concluſio ſequi poteſt, ex l. filius §. filiusfamilias D. de lib. & poſth. & ibi gloſ. Hoc argumento fortiſsimo in jure ſæpiſsimè noſtri utuntur. Tit. inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. malef. & ibi Angelus, & l. patre furioſo, ubi Bart. & Bald. D. de his qui ſunt ſui vel alie. jur. & l. ex maleficiis §. hær. & l. obligat. fere §. placet D. de act. & obl. Panorm. in c. cum dilectus de jur. pa-

tro.

trò. Hujus loci plura exempla Nicolaus Duerardus commemorat, ut Mevius tributa non ſolvit, quia omnes qui exoluerunt in hoc libro deſcripti ſunt, notatur in l. 1. patre furioſo. Hoc genere argumentationis utuntur hi qui docent perjurum non eſſe infamem, infames connumerantur in l. 2. D. de his qui not. infam. at inter eos non enumeratur perjurus, igitur perjurus non eſt infamis. Porrò ſunt quædam partes homogeniæ, quæ in hoc cap. non continentur, ſingulæ enim nomen Totius ſibi vendicant, ut quælibet pars ſanguinis, ſanguis dicitur & quælibet pars agri ager, l. locus D. de verb. ſignif. eodem genere argumenti utitur imperator in §. inſt. de obligat. ex quaſi delicto & § 1. inſtit. de obligat ex quaſi contract.

## *Locus ab ordine.* *Cap.* 11.

SCIENDVM eſt non ſolum in ultimis voluntatibus, ſed etiam in contractibus & privilegiis Argumento ab ordine locum eſſe, ut docet Juriſconſultus in l. Gallus §. quidam rectè D. de liber. & poſth. c. venerabili de officio delegati & c. cum dilecta de reſcript. & c. piſanis de reſtitut. ſpoliato: unde ſi in contract. vel in teſtamentis ordo præſcriptus ſit ut in ſucceſſorio edicto, ſuo ordine ſubſtituti ad ſucceſſionem admitti debent, d. §. quidam rectè. In venditione publica ordinem obſervandum eſſe docet Juriſconſultus in l. à divo pio §. in venditione D. de re judicata. Alias executionem nullius eſſe momenti, vel ponderis, unde abiit in proverbium, ubi non eſt ordo, ibi eſt confuſio. Imò ordinum perturbationem

inter

Inter magiſtratus reip. teterrimum venenum eſſe teſtatur Livius Decadis primæ libro tertio in fin. Hujus autem ratiocinationis plura exempla adduci poſſunt. Primum ſi teſtator cum duas domos poſſideret unam legauit Sempronio, alteram Seio: Ad Sempronium electio pertinet, quia in primo ordine conſtitutus eſt, & hæc eſt Bartoli Sententia in l. qui duos D. de leg. 1. nam ex ordine mens & voluntas teſtatoris vel contrahentium colligitur. Adeò ut ordine priora prius facta fuiſſe præſumantur, ut docet Ioan. de plat. in l. litibus in fin. de Agricol. & cenſit. lib. 11. C. l. ſi ita ſcriptum D. de leg. 1. verum huic argumento locus non eſt, ſi de contraria mente teſtatoris, vel contrahentium appareat arg. l. non aliter. D. de leg. 1.

*Finis libri primi Topicon.*

LIBRI

# LIBRI SECVNDI TOPICΩN.

## DE CAVSIS Cap. 1.

CAVSA eſt multiplex, dividiturq́; in materialem, formalem, efficientem & finalem. Eſt autem cauſa ex cujus eſſentia, aliud vel gignitur vel ſequitur. Et quia forma inter cauſas principatum obti et, de ea primo loco differendum eſt. A dignioribus enim ordiendum eſt, l. 2. & l. quæritur D. de ſtat. homi. & §. ult. inſtit. de jur. nat. gent. & civil.

## *Locus à forma.* Cap. 2.

FORMA (ut ajunt noſtri) dat eſſe rei, unde materiam ſine forma ſubſiſtere non poſſe, docent Iuriſconſulti, in l. adeo. §. cum quis D. de acqui. rer. dom. c. tua, extr. de ſponſal. De materia & forma ex profeſſo Peripatetici diſputant. Rodolphus Agricola, lib. 1. de inuentio. materiam definit ſubiectum, ex quo aliquid generatur primum: & in quod corrumpitur vltimum, quod verò lapides & ligna materiam domus vocamus, ſimilitudine quadam dicimus, neque enim hæc forma carent: formam verò definit modum quendam materiæ, quo ſibi contingit, vt huius vel illius ſpeciei nomen capiat. Hæc forma dat eſſe rei, eamque in ſua eſſentia conſeruat. Vnde mutatio formæ in aliam formam, rem dicitur immutare, licet eadem materia ſubſit. Hæc forma rei eſſentiam præſtat: l Iulianus §. ſi quis rem D. ad exib. &c tua ext. de ſponſ. vt

in teſtamentis teſtatoris voluntas, & in contracti-bus, & obligationibus conſenſus forma dicitur. Vnde ſic ratiocinari poſſumus, in teſtamento, vel contractu teſtatoris, vel contrahentium voluntas non interuenit, ergo nec teſtamentum, nec contractus ſubſiſtere poteſt. Nam iuriſ onſultus docet in d. §. ſi quis rem. mutata forma propè interrimi ſubſtantiam rei. Nam interitus rei nihil aliud eſt quam ſeparatio formæ à materia, l. ſ. ia. §. Item quæro D. de aur. & arg. leg. & l. 1. §. ſi conuenerit, & §. ſi quis D. de pigno. actio. Itaque ſi forma rei mutetur eadem remanente, materia tamen non eadem res iudicatur, quæ prima vnde ſi debitor mutata forma rem debitam reſtituat non liberatur, non enim eadem res iudicatur, de. §. ſi quis rem, & §. item quæro. Inde locus ille communis in medium deducitur. Cuius rei eadem ſpecies conſiſtit, rem quoq; eadem eſſe exiſtimari oportet vt docet Alphenus iuriſconſultus in l. proponebatur D. de iud. Forma autem nobilior eſt, & præſtantior materia. Vnde Labeo & Sabinus contendunt rem abeſſe cum abeſt forma. Ouidius enim ſic, lib. 2. Metamorph. canit materiam ſuperabat opus, nam omiſsio formæ reddit actum nullum, l. ſi procurator C. de procurat. c. venerabili de offi. i. delegati, &c quia propter vbi gloſ. de elect. Nam qui formam prætermittit, iam aliud agere videtur, l. diligenter in princip. D mand. Hæc forma eſt facies vniuſcuiuſque rei. Ideo Vlpianus, in l. qui luminibus D. de ſeruit. vrban. prædio. vnuſquiſq; (inquit) ſciat ſe formam, ac ſtatum antiquorum ædificiorum cuſtodire debere. Forma cauſæ ex Alciato. lib. 5. Paradoxo cap. 15. Eſt ordinata ſeries rem ad ſubſtantiam deducens, ſubſtantia verò, quæ primam rei eſſentiam præſtat, Solemnitas verò

eſt modus, ſeu qualitas quædam rei accidens, qua actus fit ſolemnis. Præterea forma eſt de ſubſtantia actus: vnde ea omiſſa actus omnino corruit, c. cum dilecta de reſcript. & c. piſanis de reſtit. ſpolia. Et maior eſt defectus formæ quam materiæ, l. certa forma, vbi Ioannes de Plat. de iur. fiſc. 10. C. gloſ. & Pau. Caſtrenſis in l. ſi vnus, §. ſic acceptilatio D. de Pact. Nec eſt locus huic regulæ. Si non valet quid ago, vt ago valeat, vt valere poteſt, ſi deficiat forma, not. in. c. vnic. de poſtulat. prælator, in 6. doct. in l. 1 § ſi quis D. de verb. oblig. Itaq; alienatio rerum Eccleſiæ ſine forma præſcripta, á lege, Item venditio rerum pupilli ſine forma legibus conſtituta nullam vim, & auctoritatem obtinent, clem. 1. verſi ſi quis de reb. eccleſ. non alienand. & l. magis puto. §. ne paſsim D. de reb. eorum. Porrò ſi mulier & ruſticus errauerint in forma ignoratione iuris excuſantur, ſi iuriſconſultos, & patronos conſulere non potuerint, Saly in l. 2 C. de iur. & fact. ignorant.

*Locus à materia. Cap. 3.*

MATERIA dicitur ex qua quid componitur. l. adeo §. cum quis D. de acquir. rer. dominio, Ariſtotel. lib. 1. de natur. vt in emptione & venditione res & precium ſunt materia §. pretium inſtit. de empt. & vendit. Hic autem locus á materia teſte Chriſtophoro Hegendorphino, & affirmatiue, & negatiue concludit. Affirmatiue, eſt vinum, & mel, ergo mulſum fieri poteſt § ſi duorum inſt. de rer. diuiſio: nam exiſtente cauſa materiali effectus quoq; exiſtere poteſt, vt conſtat ex princip. Tit. inſtit. de inutil. ſtipul. Si verò cum negatione argumentum concipiatur. Aurum non eſt, ergo ſcyphi aurei fieri non poſſunt. Ex regula illa vulgata,

ſublata cauſa materiali, & effectus tollitur, ut id non eſt, in rerum natura. igitur nec in ſtipulatum deduci poteſt, vel illius nulla poteſt eſſe ſtipulatio. ex p. i. ic. p. Tit. inſtit. de inutil. ſtipulatio. Sciendum eſt verba ſecundum ſubjectam materiam eſſe intelligenda. l. ſi uno in princip. & ibi Bart D. locat. & l. damni infecti in princip. & ibi Angel. D. de damn. infect. Hoc genere argumentationis à ſubjecta materia utitur Paulus Caſtrenſis, in l. ſi precario D. communia prædior. Et ut ſubjectæ materiæ ratio habeatur verba etiam καταχρηστικῶς, & impropriè accipienda ſunt. d. l. ſi uno. Paulus Caſtren. in l. inſulam D. de præſcr. verb. Nonnunquam enim verbum pro alio ſumitur, gloſator, in l. eas cauſas D. de condit. & demonſt. Et aliquando eſt nota veritatis, nota ſimilitudinis & improprietatis, (ſi ita loqui liceat) ſi ſubjecta materia poſtulet. Saly. in l. quoniam multa facinora circa fiu. C. ad l. Jul. de vi publ. Deindè ſi venditor promittat defendere emptorem in re vendita contra quemlibet non videtur ſtipulatus ſe defenſurum eum à violentia, & via facti (ut ajunt Galli) l. expulſos C. de actio. empt. Ang. in d. l. damni infecti. Imo etiam ſi promiſerit, non tenetur ex opinione Baldi in d. l. expulſos, Panormit. in c. ult. de empt. & vend. Deinde verba ultimarum voluntatum & contractuum metimur ex circumſtantia perſonarum: unde ſi teſtator uxori ſuæ thorum legaverit culcitræ ex ſerico compoſitæ non cenſentur legatæ, quia viduas non decent Bald. in l. plenum §. equitii, & ibi Bart. & Bald. D. de uſu & habit. Ex his conſtat legum ſtudioſos, & cauſarum patronos circumſtantias locorum, temporum & perſonarum intueri debere, ſi mentem noſtrorum juriſconſultorum, verumque

que

que, & germanum ſenſum legum conſequi velint. Hoc extremum erit verba, vt effectus ſortiantur nos à ſubiecta materia recedere poſſe, notatur in l. iu is gentium § quod ferè D. de pact In contractibus ſi ſit error circa materiam, nullus eſt contractus, vt potè ſi quis exiſtimabat ſe emere catenam auream, emat, vt teſtatur iuriſconſultus, l. 10. in ſexu, & l. alioqui D contrah. empt. & vend. Cæterum Sabinus tantum tribuebat materiæ, vt eam formæ anteponeret, cum ſine materia nihil effici poſsit: verum proculus, cuius opinio verior eſt, formam præſtantiorem eſſe materia contendebat §. cum ex aliena Inſt. de rerum diuiſ.

*Locus à cauſa efficiente. Cap. 4.*

HIc locus duobus modis accipitur, primo ante factum, ſecundo poſt factum: Priore caſu ſequens axioma notandum eſt. Ceſſante, cauſa efficiente, ceſſat effectus, l. adigere §. quamuis D. de iure patro. Exemplum eſt, nuptiæ conſenſu contrahuntur tanquam cauſa efficiente, l. nuptias D. de reg. iur. Ergo ſi conſenſus non interueniat ab initio non erunt nuptiæ, cum apud, & c. cum locum de ſponſal. Item cauſa efficiens cur mulieribus poſtulatio interdicta ſit, eſt, ne fœminæ virilibus officijs ſe immiſceant, l. 1 §. ſexum D de poſtulando. Non (vt quidam hallucinati ſunt.) Calphurnia improba mulier inuerecunde poſtulans, quæ ex ſententia Juriſconſulti cauſam dedit edicto nam non fuit cauſa efficiens, ſed impulſiua. Etenim ſi cauſa efficiens eſſet, conſequens eſt, ſi mulieres probæ inuenirentur poſtulationis munere fungi poſſe, d, §. ſexum. Quod ſi poſt factum expendamus cauſam efficientẽ ſecus erit l. à patre D. de his qui ſunt ſui & c quæ ſiunt de diuort ext, Ab effe-

ctis quoq; argumenta ducuntur, quæ maximam vim & auctoritatem in jure obtinent hoc modo. Cujus eſt naturæ effectus, ejuſdem eſt cauſa efficiens. Talia enim ſunt principia, qualia ſunt ea, quæ ex ipſis principiis oriuntur, nam ſi effectus juſtus ſit, igitur & cauſa. qualitas enim effectus, qualitatem cauſæ oſtendit, l. cujus effectus D. de reg. jur. l. aufidius §. 1. in fin. D. de leg. 3. ut ſi cauſa efficiens eſt laudanda ut bona effectus quoq; laudandus: Avicenna ſubtiliſsimus Ariſtotelis interpres cauſam efficientem in tres formas dividit in cauſam perficientem diſponentem & adjuvantem. Perficientē vocat, quæ colophonem imponit & opus perficit, ut Latomus domum perficiens, diſponentem vero, ut qui lapides & ſaxa polit. Adjuvantem verò, ut milites imperatorem in expugnanda urbe juvant.

*Locus à cauſa finali.* Cap. 5.

FINIS ab Ariſtotele definitur id cujus gratia aliquid fit. Ariſtoteles lib. 1. & 6. Topic. nam & ſi finis ſit ultimus in executione, primus tamen eſt in intentione. Omnes autem noſtræ actiones ad finem referri debent ex Ariſtotele. lib. 1 eth. cap. 1. Finis duplex eſt, eſſentialis & accidentalis, eſſentialis eſt ad quem natura ſua, & principaliter res tendit, ut docet idem Ariſtoteles lib. 6. Topic. Accidentalis dicitur, ad quem res quidem per accidens non ex ſui natura dirigitur. exemplum finis eſſentialis eſt finis principalis juris prudentiæ, ut bene reſpublica regatur, Imperator in proœmio inſtit. in fin. Si tamen ab aliquo habendi cupiditate (ut ſæpiſsimè evenit) ediſceretur, id finis accidentalis vocaretur, ut rectè Hegendorphinus cum Dionyſio



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0040-2

ſio exiſtimavit. Eſt autem cauſa finalis: qua motus legiſlator, teſtator, vel alius quid conſtituit, quod alias non erat conſtituturus, Bald. in l. id quod C. de epiſc. & cler. Et Anto. de Butrio in c. poſt tranſlationem de renunciat. Locus autem à cauſa finali eſt habitudo ipſius cauſæ finalis ad ſuum effectum. Vnde eſt iuris Axioma. Cuius eſt bonus finis, ipſum quoque bonum eſſe oportet, l. ſi non ſit §, perueniamus D. de aur. & arg. leg. & l. receptum D. communia prædiorum, & l. ſi quis D. de re milit. & l. non intelligitur §. quando D. de iur. fiſc. Ariſtot. in Topi. Deinde eſt aliud iuris axioma. Conceſſo fine, omnia conceduntur, quæ ſunt ad finem neceſſaria c. præterea, &c. prudentiam §. ſexta. de offi c. deleg.

Etenim medio ſublato, ſine quo ad finem perueniri non poteſt, & ipſe finis ſublatus intelligitur, vt extincta querela, per quam ad hæreditatis petitionem definitur, & ipſa hæreditatis petitio ſublata intelligitur. l. ſancimus §. vlt. C. de inoffic. teſtam. Claudius Cantiuncula de Dialectica legali contendit, cauſam finalem eſſe, quando generaliter exprimitur generalis ratio: impulſiuam verò, cùm ſpecialis aſsignatur, ex l. 1. §. ſexum D. de poſtul. Cæterum omnis cauſa in ambiguis impulſiua iudicanda eſt, l. Titio in princ. D. de condit. & demonſt. l. ſed & ſi mors in fin. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 2. & 3. in fin. D. de donat. & l. ſi mulier D. de jur. dotium.

*Locus à differentia Cap. 6.*

DIFFERENTIA eſt in qualitate diſſimilitudo: hujus loci exemplum eſt, in l. ſi ita legatum D. de aur. & arg. leg. Si ita legatum eſſet veſtem meam, argentum meum, damnas eſto dare. Id legatum videtur, quod teſtamenti tempore fuiſſet.

Etenim præſens tempus intelligitur. Nam meum, tuum, ſuum tempus præſens indicant.l.Quintus Mutius, D. de aur. & arg. leg. & l. ſcribit D. eod. Item, ſi mulieri omne argentum, quod mariti fuit legatum eſt. igitur non eſt illud argentum legatum, quod in tabulis debetur. Nam argentum quod noſtrum eſt, & quod in ære alieno verſatur differunt, ex Marco Tullio in Topic. Hoc exemplum Ciceronis deſumptum eſt ex juriſconſulti reſponſo, l. Quintus Murius §. argento, D. de auro & arg. leg. Cujus verba ſunt hæc. Argento omni legato, quod ſuum eſſet ſine dubio, non debetur: id quod eſt in credito hoc ideo, quia non videtur ſuum eſſe, quod vendicare non poſsit. Argumentum autem ab hoc loco petitum conſtat nonnunquam affirmatione, nonnunquam negatione. Prioris quidem exemplum eſt, contractus hic eſt, quo paciſcimur, vt rem eandem recipiamus, non in ſpecie, ſed in genere. Ergo eſt mutuum, l. mutuum D. ſi cert. petat. Cum negatione, veluti, hic judex gladii poteſtatem non habet, igitur penes eum merum imperium non reſidet, l, imperium D. de interdeſt. Item, Mevius in ſuo teſtamento, ſeptem teſtes non adhibuit, non maſculos, non liberos igitur teſtamentum ſolenne non condidit, §. 1. Inſtit. de teſtam. ord.

*Locus ab Antecedentibus,* Cap. 7.

BOETIVS lib. 2. commentariorum in Topic. Cicer. Antecedentia definit, quibus poſitis, aliud neceſſe eſt conſequatur. ut quia bellum eſt, inimicitæ ſint neceſſe eſt. Item, Tutori nota infamiæ inuſta eſt, igitur dolum in adminiſtratione bonorum pupilli commiſit, §. ſuſpectus inſt. de ſuſpect. tutor. Deinde Iulianus in l. ſi hæreditatem D. mand. hoc argumento utitur. Item, res ſacræ ſunt igitur in commercium hominum cadere non poſſunt, §. ſacræ Inſt. de rer. diviſ. & l. ſacra loca. D. de rer. diviſio. Deindè, creditor à debitore pecuniam accepit. ergo pœnam remiſit, quam tenebatur debitor exolvere, quod Lutetiæ pecuniam non ſolverit, l. ſi poſt moram D. de eo quod cert. loco. Conſequentia dicuntur, quæ poſitis antecedentibus neceſſariò colliguntur, vt ille ferro interfectus eſt, & tu inimicus eius cum gladio cruento comprehenſus es in eo ipſo loco, & nemo præter te ibi viſus eſt, & cauſa nemini alij, & tu ſemper audax: quid eſt quod de facinore dubitare poſsimus? Item, in iure alterius cauſam defendit, igitur cautionem præſtitit. Nemo enim alienæ litis idoneus defenſor, ſine ſatisdatione intelligitur l. qui propria §. qui alium D. de procur. De his locis diſſerit Marcus Tullius in ſuis Topic.

*Locus à repugnantibus & contrariis. Cap. 8.*

PERIPATETICI oppoſita in quatuor formas, ſeu ſpecies dividunt, ſcilicet contraria, quæ in eodem ſubiecto ſimul exiſtere non poſſunt, vt bonum, & malum: honeſtum & turpe: calidum, & frigidum. Deinde priuantia, vt probitas, improbitas: pietas, impietas: viſus, cœcitas.

Item relativa: ut pater igitur alicujus filii pater. & filius alicujus patris filius. Tutor & pupillus. Alia ſunt Contradicentia: ut ſedere: non ſedere vivere, non vivere, & hæc affirmatione & negatione conſtant. Marcus Tullius cùm locum à contrariis explicat, hoc exemplum ſubjicit, non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum uſumfructum legavit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. Vſus enim non abuſus legatus eſt. Ea ſunt inter ſe contraria. Hæc Marcus Tullius, Hic pleriq; lapſi ſunt, falſo judicant, ibi Ciceronem loqui de fructuaria, quæ ſuo uſufructu abutitur: nam oſtendit eo loci uſum eſſe propriè earum rerum, quæ uſu non extinguuntur. his enim dicimur uti: & his rebus, quæ uſu conſumuntur, abuti dicimur, ut eſt vinum, oleum, frumentum. Quod & Donatus in Andriam apud Terentium docet. Quod & ab Vlpiano deciſum eſt, l. 5. §. ſi pecuniæ D. de uſuf. ear. rer. quæ uſu conſum. Nam uſusfructus eſt jus utendi, fruendi, ſalva rerum ſubſtantia. l. 1. D. de uſufruct. in Tit. gen. In hac materia ſequentes Aphoriſmi notandi ſunt. Primus poſito uno ex contrariis, aliud removeri neceſſe eſt, not. in l. hæc verba 5. D. de verb. ſignif. Vt contrahere, non contrahere. Item ſi de uno negetur: ergo de alio affirmetur neceſſe eſt, ut uitium non eſt laudandum: igitur virtus laudanda. Deindè contrariorum eadem eſt diſciplina, id eſt, cognitio, nam cognito uno ex contrariis & aliud cognoſcitur. §. 1. inſtit. de his qui ſunt ſui l. ex duobus in princip. & l. ſeq. D. de vulg. & pup. & l. 1 D. de his qui ſunt ſui. Inſuper noſtri juris interpretes de argumento à contrario ſenſu ſæpiſsimè verba faciunt. Idq; fortiſsimum eſſe docet Papinianus in l. 1. §. hujus rei D. de offic.

offic. ejus cui mand eſt juriſd & l qui teſtamento §. mulier D. de teſtam. Vt, vitium fugiendum eſt: Igitur virtus ſequenda. verùm huic argumento locus non eſt, cùm ex eo reſultat abſurdum, vel pravus legum intellectus. veluti imperator, l. conventicula C. de epiſc & cleric. & l. nemo C. de juriſdict. omnium jud vetat illicita conventicula extra eccleſiam celebrari, igitur in eccleſia permittit quod eſt abſurdum, not. in d. l. conventicula. Item juris præceptum eſt. Alterum non lædere: igitur imperator ſe ipſum interimere præcipit aut permittit. inde pravus legum intellectus colligitur, §. juris præcepta Inſt. de juſt. & jur.

*Locus ab Adjunctis. Cap. 9.*

QVAE à Marco Tullio adjuncta vocantur, eadem à Rodolpho Agricola contingentia dicuntur, quæ ex Boetio unicuiq; rei finitimam naturam tenent, veluti timori pallor adjunctus eſt. Marcus Tullius Cicero hujus loci exemplũ tale ſubjicit in Topi. Si ea mulier (inquit) teſtamentum fecit, quæ ſe capite nunquam diminuit: non videtur ex edicto prætoris ſecundum ejus tabulas poſſeſsio dari, adjungitur enim, ut ſecundum ſervorum, ſecundum exulum, ſecundum puerorum tabulas, poſſeſsio videatur ex edicto dari. Si jura diligentius expendamus, ſine dubio Marcus Tullius lapſus videtur, cùm ait mulieres teſtari non poſſe, niſi capite minutas, cùm explorati juris ſit maſculos decimoquarto anno & fœminas duodecimo teſtamentum condere poſſe. Vlpianus id teſtatur, l. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ. & §. 1. inſt. eod. l. qua ætate. D. de teſtam. niſi dicamus, id verum eſſe quod ait Marcus Tullius, ſi jus antiquum ſpectemus, quo quidem mulieres in perpetua tutela erant

niſi

niſi matrimonium per coemptionem contraxiſſent, tunc enim in manum viri conveniebant, & per conſequens exibant è poteſtate tutorum, & ita capite minuebantur, fiebat enim prioris ſtatus mutatio, vide Ciceronem in epiſtolis ad Trebatium: eo caſu mulieres teſtamentum condere poterant, & ſecundum illas tabulas bonorum poſſeſsio ex edicto Prætoris concedebatur. Notandum eſt quoſdam hic erraſſe, qui exiſtimant tantam eſſe maritorum in uxores poteſtatem, ut impediat mulieres teſtari. Nam in toto juris corpore duæ ſunt tantum poteſtates quæ jus teſtandi auferant: patria & dominica. Nam & ſi mulieres viris ſubjectæ ſunt, ut ex his quæ ſequuntur apparet: principio non abs te ſcripſit Labeo Antiſtius juriſconſultus (ſi Aulo Gellio credimus lib. Noct. Attic 12. cap. 10.) *Sororem appellatam, quòd quaſi ſeorſum naſcatur, ſeparaturq; ab ea domo in qua nata eſt, & in aliam familiam tranſgreditur.* Cujus ſententiæ ſubſcribit Imperator in l. mulieres de incol. lib. 10. C. & l. mulieres, de dignitat. lib. 12. C. l. cùm in adoptivis. C. de adopt. Bart. in l. ult. de privileg. ſcol. lib. 12. C. Cùm ait uxorem in mariti familiam tranſire, prioremq; dignitatem, honorem, conditionem, domiciliumq; mutare.

Si noſtrorum veterum Gallorum jura contemplemur, quis neſcit eos, & in filios & uxores vitæ, & necis poteſtatem habuiſſe Cæſar lib. 6. comment. Ioannes Faber doctiſsimus Galliæ juriſconſultus, docet in provinciis Galliæ, quæ moribus reguntur, uxores in maritorum poteſtate conſtitutas eſſe, idq; in §. ſi igitur inſt. quod cum eo, qui in aliena poteſt. Idemq; lege Moſaica cautum eſſe nemini dubium eſt, ut Levitici 22. cap. & Num. 15. Idem divus

Paulus

Paulus ad Romanos 7. & primæ ad Corint 7. Mulier enim (ex divo Paulo) quamdiu vivit vir eius alligata eſt legi ipſius: unde Sara loquens de Abrahamo marito: Dominus meus (inquit) vetulus eſt. Idem Dominus alloquens mulierem, Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tibi. Geneſ. 3. Idem divus Petrus in epiſt. canonica cap. 3. Vnde fœminæ cum matrimonium contrahunt velari ſolent: ut ſe noverint ſemper virorum poteſtati ſubditas eſſe, c. fœminæ 34 q. 5. Verum enimverò ſi jus Pandectarum & Codicis attendamus, fœminæ á patribus manumiſſæ, nec in mariti, nec in alterius poteſtatem recidunt, hiſq; (modo ſint legitimæ ætatis) teſtamenti factio, ſicut maſculis puberibus, competit, l. qua ætate D. de teſtam. l. 2. D. de lib. exhib. l. 2. D. ſolut. mat. l. ſi uxor. ubi gloſ. & Bart. C. de condit. inſert. l. 1. C. de bon. quæ liber. At moribus Gallorum contrarium deciſum video, ut lege municipali Turoniæ uxores in poteſtatem & familiam virorum tranſeunt, quæ ſine eorum auctoritate contrahere non poſſunt, niſi publicè & palàm negotientur, vel niſi minutatim merces divenditent, ut docet Cantiuncula. Igitur cum Boetico ſic ratiocinari oportet: mulier quæ nunquam capite minuta fuit, id eſt, quæ nondum in viri manum convenit, ſi teſtamentum fecerit, ſeu tabulas ſecundum eas ex edicto Prætoris poſſeſsio dari non poteſt, ſicut nec datur bonorum poſſeſsio ex teſtamento ſervi exulis, vel puerili, qui teſtamentum facere non poſſunt, & l. qui frater, C. qui teſta. facer. poſſ. l. qui in poteſtate, l. obſides D. de teſtam.

*Locus à ſimili. Cap. 10.*

SIMILITVDO eſt rerum differentium ea-
dem qualitas, ſiue ea ſubſtantialis ſit, ſiue acci-
dentalis. Ex ſimilitudine argumentum eſt huius
modi ſi vſumfructū ſerui mortui quis non cogitur
præſtare, igitur cum morte vſus fructus extingua-
tur: ita ædiū vſusfructus periiſſe dicitur, ſi ædes ſolo
adæquatæ ſint, nec areæ quidem vſusfructus debe-
tur. At ſi bonorum omnium vſusfructus legatus ſit
& areæ quidem debetur. Etenim qui bonorum ſuo-
rum vſumfructum legat: non ſolum eorum quæ
ſunt in ſpecie, ſed & ſubſtantiæ omnis vſumfru-
ctum legare videtur: in ſubſtantia autem bonorum
eſt area: vt docet Iulianus, in l. quoties D. de v-
ſufr. In hac diſputatione hoc iuris axioma in me-
dium adduci ſolet. Similium idem eſt iudicium.
Nam vt ſcit Iulianus: non poſſunt omnes articuli
ſigillatim legibus, ac ſenatusconſultis comprehen-
di: ſed dum in aliquo caſu, ſententia eorum ma-
nifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia
procedere atque ita ius dicere debet, l non poſſunt
D. de leg. Eſt autem ſimilitudo quadruplex ſecun-
dum quadruplicem quantitatum formam, primam
qualitatis formam dialectici habitum & diſpoſitio-
nem appellant, ſecundum quam duorum, quorum
vterque niger eſt, vel ſapiens, ſimiles vocantur.
Secunda eſt formæ, & figuræ: vt rotunditas eadem
vtriuſque ſpeciei ſimilitudinem inducit, Baldus in
l. data opera in 6. columna C. qui accuſ. non poſſ.
Tertia eſt naturalis facultas agendi: vt duo dicun-
tur fortes, infirmi: & ita ſimiles. Poſtrema quali-
tatis ſpecies eſt paſsio: vnde duo ligna ignibus
ſubiicienda, ſimilia dicuntur. Duo quoq; graſſato-
res & latrones. Hinc regula: Agentes & conſentientes
pari pœna puniuntur, l Iubemus § œconomus C. de
ſacroſ. eccleſ. Notādum eſt quamplurima ſimilia di-

ci in

ti in iure, vt matrimoniũ ſpiritale, quod per ingreſſum religionis contrahitur, & matrimonium temporale. Vnde quemadmodum in vno requiritur cõſenſus, & voluntas libera; Ita in alio, vulgus enim interpretum ait, valet argumentum de matrimonio carnali, ad ſpirituale. Deinde contractus & teſtamenta ſimilia ſunt: nam de contractibus ad vltimas voluntates firmiſsimum eſt argumentum, l. quæ de legato D. de leg. 1. & l qui chirographum D de leg. 1. Quod intellige ſi ſit eadem ratio, ſecus ſi diuerſa; nam impoſsibilis conditio contractus & ſtipulationes corrumpit, non vltimas voluntates, §. impoſsibilis inſt. de legat & §. impoſsibilis inſt. de inutili. ſtip. Item arbiter & iudex ſimiles ſunt. Arbitria enim hodie redacta ſunt ad formam iudiciorum. Igitur ſi iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata, l. illicitas §. veritas de offic. pr͡ſi. c. iudicet 3 q. 7. Ita & arbiter. Et quemadmodum iudex victum victori expenſis condemnare poteſt, l. eum quem temere D. de iudic. c. calumniam de pœn. Ita & arbiter, l. 1. D de arb. & ſicut iudex ſententiam ſuam interpretari & explicare poteſt, etiam ex interuallo l. ab executore vbi gloſa, & Bart. D. de appell. Bart. in l. 2. C. de ſentent. ex breui, recit. Ita arbiter iudicium ſuum interpretari poterit: vt docet Baldus, l. ne in arbitrio C, de arbr. Licet Speculator in alia ſit ſententia in § vlt. in fin. Titul. de arbit. Verùm notandum eſt non omnem iudicem poſſe ſuam ſententiam interpretari, ſed duntaxat maiores iudices ordinarios, d. l. ab executore gloſ. Bart. Bald. & alij in d. l. 2. Item ſicut iudex ſententiam ſuam ſcriptis redigere debet, l. 2. & vlt. C. de ſentent. ex breuit. recit. c. vlt. de re iudici. in 6. Ita & arbiter, l. 1. vbi Doct. C. de ſentent.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0049-6

ex breuic. c. rec. Poſtremo iudex die ſententiam ferre debet non nocte §. ſedebunt in auth de iudic. col. 9. & c. conſuluit de offic. de leg. ita & arbitri l. 1. D. de arbit. vbi Doct. inſuper vbi eſt eadem ratio vel æquitas, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, l. Illud D. ad leg. Aquil. à Titio D. de verborum oblig. Huic autem argumento in delictis non eſſe locum exiſtimo contra Baldum, in l. ſi quis non dicam C. de Epiſc. & cleric. cùm interpretatione pœnæ molliendæ ſint potiùs quàm exaſperandæ l. interpretatione D. de pœnis. Item nec in odioſis l. 2. vbi gloſ. C. de patr. qui fil. diſtrax. Cæterùm ſimilia ſunt: quorum eſt eadem qualitas, ſed eadem ſunt, quorum eſt eadem ſubſtantia, & definitio. At nullum ſimile eſt idem, gloſ. in l. quod Nerua, D. de poſi. c. innotuit de elect. & c. 2. de transl. prælat. & l. 1. C. de veter. iur. enucl. Accurſius in l. quod Nerua D. depoſit. docet omnem ſimilitudinem claudicare vno pede, nam nullum ſimile eſt idem, vt lata culpa dolo æquiparatur & tamen non eſt proprie dolus vide Auguſt. in c. ſic enim verſ. proinde 27. q. 1. Hanc ratiocinandi formam in plura membra partiuntur iuris interpretes. Nam penſationes annuæ & tributa quæ ius ſupremum dominij indicant, & quæ à vaſſallis dominis ſingulis annis perſoluſitur aſſimilantur decimis, vt enim à ſententia lata in cauſa tributi nulla eſt prouocatio, ſic in cauſa decimarum notatur l. abſtinendum & l. vlt. C. quorum appellat. non recip. not in c. decimæ 16. q. 1. & c. tua nobis de dec. ſpecul. in Tit. de. appellationi § 2. Deinde vt præſtatio tributi quæ fit in recognitionem vniuerſalis dominij emptore præſcribi non poteſt l. comperit C. de præſcript. 30 vel 40 annorum.

Sic decimæ præſcribi non poſſunt. Salycetus in d. l. competit quod verum eſt à toto ſed non à tantó id eſt decimæ omnino p æſcribi non poſſunt ſed ſi ſpacio 11. annorum quis ſoluerit tantum trigeſimam partem fructuum loco decimæ non tenebitur maiorem quatitatem ſoluere not. in c. ab exordio 35. diſt. Hoſtienſis in ſua ſumma in Tit. de decim. §. vtrum.

*Locus ab comparatione.* C*ap.* II.

COMPARATIO à Rodolpho Agricola definitur: cum duo, aut plura in tertio aliquo conferuntur, quod ſit eis commune. Marcus Tullius, libro de Inuent. definit, quæ in diuerſis rebus ſimilem aliquam rationem continet. Comparatio autem vel eſt maiorum, vel minorum, aut parium. Quod ad primam comparationem ſciendum eſt, valere argumentum in iure de maiori ad minus, Auth. multó magis C. de Epiſc. & cler. Imperator vetat Sacerdotes concubinas habere, quæ ad tempus non in perpetuum habebantur. Ergo multo magis coniugia ſacerdotibus interdicit, quæ perpetua ſunt, vt docet gloſſator, in d. auth. multo magis. Iure autem ciuili concubinatus permiſſus erat. l. 1. D. de concub. Imó caſte viuit, qui vnam duntaxat concubinam haber modó ſit pubes, Imperator in §. conſideremus. in Auth. de trient. & ſemiſſ. Marcus Tullius, hoc exemplum ſubijcit in ſuis Topicis. Si in vrbe fines non regantur, nec aqua in vrbe arceatur. Sic autem ex Boetio exemplum exponendum arbitror, plus eſt fines regimus verò arceri aquam Si in vrbe Fines non reguntur, quod maius eſt: igitur in vrbe aqua non arcetur, quod minus eſt. Et quia hic ſe torquent in-

terpretes in hujus exempli interpretatione, pauliſper hic immorabimur.

Sciendum eſt actionem finium regundorum in perſonam eſſe, licet pro rei vendicatione ſit, l. 1. D. finium regundo. Dicitur finium regundorum, id eſt, ſtatuendorum. Regere enim ex lege duodecim tabularum, eſt ſuis finibus agrum terminatum habere, Ferrarius in §. ſi finium inſt. de offic. judic. Finalis actio dici poteſt ex Oldendorpio juris interprete ſubtiliſsimo. Et huic actioni locus eſt in prædiis ruſticis tantum, non in urbanis. Vrbana enim prædia ſibi confinia non ſunt, ſed vicina, & ea communibus parietibus plerumq; diſterminantur & diſtinguuntur, l. ſed & loci §. hoc judicium D. finium reg. & l. hæc actio §. hoc judicium D. eod. Is veró aquam arcet, qui eam per ſua ſpacia meare non patitur. Hæc actio pluviæ arcendæ, adverſus eum intenditur, qui in agro foſſam extruit, in quam aqua diſfluat & deducatur, ex qua diſpendium vicinus patiatur, & hæc actio ad ruſtica tantùm prædia pertinet. His præmiſsis colligendum eſt hoc judicium finium regundorum, quod eſt univerſale, in ædificiis urbanis locum non habere, & ita verum eſt dicere, Fines in urbe non regi, ſicut nec actio aquæ pluviæ arcendæ locum habere poteſt in ædificiis urbanis, cum ad ruſtica ſolum pertineat: quæ actio ſpecialis eſt. Itaq; ſi judicium finium regundorum in urbe prohibetur, quod majus eſt: ergo actio aquæ pluviæ arcendæ, in urbe prohibetur, quod minus eſt. Aliud exemplum a Marco Tullio ſubjicitur: ut quoniam (inquit) uſus & authoritas fundi biennium eſt, ſic etiam ædium. Cicero pro Cecinna ſic ait, lex jubet uſum & authoritatem fundi eſſe biennium, ac utimur eodem jure in ædibus,

quæ

quæ in lege non appellantur, vbi vſus & authoritas, pro vſu capione ponitur. Cæterum veteres iuriſconſulti hoc dicterium crebris ſermonibus vſurpabant: valeat æquitas, quæ paribus in cauſis, paria iura deſiderat. Item, quod in re maiore valet, valeat in minore.

Rodolphus Agricola comparationem à ſimilitudine differre contendit, quod ſimilitudo ſit duorum, in duobus comparatio, vt ſenectus & hyems, inter ſe ſimiles ſunt in ſegnitie & frigore, vt enim frigus eſt hyemis, ita ſegnities, ſenectutis. At comparatio eſt duorum, non in duobus, ſed in vno tertio collatio: veluti comparatio eſt maioris cum minore, vt principis & imperatoris, cum milite in fortitudine: minoris cum maiore, vt diſcipuli cum magiſtro in doctrina. Paris cum pari, vt regis cum rege, in magnitudine animi, vel prudentia, fide, & excellentia. Hoc autem argumentum eſt probabile, ſed non neceſſarium.

## *Locus à relatis. Cap. 12.*

ARGVMENTVM à Relatis in noſtra ciuili philoſophia frequentiſsimum eſſe conſtat, vt teſtatur Baldus in l. conuenticula C. de epiſc. & cler. Correlatiuum autem definitur, duorum vel plurium ad inuicem mutua relatio. In hoc autem genere ratiocinationis hæc Iuris propoſita notanda ſunt, Primum, poſito vno correlatiuorum & aliud ponatur neceſſe eſt, vt pater eſt, igitur filium habet.

Deinde diſpoſitio in vno ex correlatiuis ad aliud extenditur: iuris interpretes in l. vlt. D. de acceptilat & l vlt C. de indic. viduit. toll. Et hæc pars affirmans eſt, negans vero duas regulas complectitur,

prima eſt Deſtructo vno ex correlatiuis aliud de-
ſtruatur neceſſe eſt vel ad remotionem vnius ſequi-
tur remotio alterius notatur in d. l. vlt. D. de ac-
ceptil. Itaque, ſi Rex veſtimentorum auro vel ar-
gento contextorum maritis interdicat edictum ad
vxores extenditur. Item ſi reo aliquid facere non
liceat, nec actori licebit, cum actor & reus relata
ſint, verum id intelligendum eſt, ſi ſubſit eadem
ratio ſecus ſi diuerſa notatur in c. naſci l. 6. diſtinct.
l. curatorem C. de interdict. matrim. vbi Cynus &
gloſſ. not. in l. ſic dies §. penult D. de Arbit. nam
quod diximus in actore & reo intelligendum eſt in
medio litis: nam in actis per quæ lis inſtruitur a-
ctor eſt fauorabilior reo, at in actis per quæ lis de-
ciditur reus eſt fauorabilior actore l. de die D. qui
ſatiſdar. cogantur l ſi quis intentione D. iudic. vbi
interpretes,

### *Locus ab autoritate.* Cap. 13.

SVPRA de locis, ex quibus artifi-
cialis probatio, petenda eſt, ſatis ſu-
perque diſputatum eſt: nunc de his,
quos Græci ἀτέχνους id eſt, inartifici-
ales vocant, diſſeramus. Marcus Tul-
lius in Topic. his verbis vtitur: *Quæ
autem extrinſecus aſſumuntur, ea maximè ex au-
thoritate ducuntur.* Et hæ probationes, non ex of-
ficina iuriſconſulti, ſed extrinſecus depromũtur. ve-
luti ex elogijs, inquiſitis & perquiſitis teſtimonijs,
Budæus noſter ſic ea iu forenſib. ſuis appellat. Iuriſ-
conſulti paſsim, & medicorum, & poetarum autho-
ritates, ad decidẽda quæ in mediũ adducuntur quæ-
ſtionem adferunt vt Hippocratis, cum de legitimo
tempore pariendi diſputat l. ſeptimo menſe D. de
ſtat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0054-0

ſtat. homini. Pauli verba ſunt hæc, ſeptimo menſe naſci perfectum partum, iam receptum eſt propter authoritatem doctiſsimi viri Hippocratis. Et ideo credendum eſt eum, qui ex iuſtis nuptijs ſeptimo menſe natus eſt, iuſtum filium eſſe. Item decimo menſe, vel paulo poſt natum legitimum eſſe docet Hippocrates, quod tempus pariendi longiſsimū vocat in libro περὶ τροφῆς, l. Gallus D, de lib. & poſth. Et quoniam eò deuenimus, non è re propoſita videbitur hic referre, quid de eo Hippocrates ſenſerit, qui vndecimo menſe natus eſt. Hunc ſpurium eſſe autumat Hippocrates, περὶ φύσεως. Idem Iuſtinianus in nouellis, Conſt. 39. Verùm miranda ſcribit, lib. ſeptimo cap. 5. Plinius, ſcilicet, partum decimo tertio menſe natum poſt mortem mariti, à Lucio Papyrio Prætore legitimum iudicatum fuiſſe. Deinde Vlpiani verba ſunt hæc, in l. ſi pater meus, in fin. D. de ſolut. & liber, Nam Ariſtotelem ſcripſiſſe quinque naſci poſſe, quia vuluæ mulierum totidem receptacula habere poſsint, vt eſſe mulierem Romæ Alexandrinam ab AEgypto, quæ quinq; ſimul peperit, & eos habuit incolumes. Et hoc in Aegypto affirmatum eſt mihi. Præterea Alfenus iuriſconſultus ſic inquit, in l. proponebatur in fin. D. de iud. Quòd ſi quis putaret, partibus commutatis aliam rem fieri, fore, vt ex eius ratione nos ipſi non ijdem eſſemus, qui adhuc anno fuiſſemus. Proptereà quòd (vt Philoſophi dicerent) ex quibus particulis minimis conſiſteremus, eæ quotidie ex noſtro corpore decederent, aliæq; intrinſecus in earum locum accederent, Quapropter cuius rei ſpecies eadem conſiſteret, rem quoq; eandem eſſe exiſtimari Vlpianus, l. inteſtato liberto, in fine D. de ſuis, & legit. de partu loquens, in hæc verba reſcribit:

 Poſt

Poſt decem menſes mortis natus, non admittetur ad legitimam hæreditatem. De eo autem, qui centeſimo octogeſimo ſecundo die natus eſt, Hippocrates ſcripſit, & Divus Pius Pontificibus reſcripſit, juſto tempore natum videri. Item Martiani verba ſunt, in l. in tantum in fin. D. de rer. divis. Cænotaphium quoq; magis placet, locum eſſe religioſum, ſicut teſtis eſt in ea re Vergilius, 3. Aeneidos.

*Solennes tum fortè dapes, & triſtia dona,*
*Ante urbem in luco, falſi Simoentis ad undam,*
*Libabat cineri Andromache, Maneſq; vocabat*
*Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite manem,*
*Et geminas, cauſam lachrymis, ſacraverat aras.*

Deindè Paulus ait, l. antiqui in fin. D. ſi pars hæredita. petat. Quod enim ſemel tantùm, aut iterum extitit. id prætereunt legumlatores, ut ait Theophraſtus. Item Pomponius, l. jura conſtitui D. de leg. Iura conſtitui oportet (ut dicit Theophraſtus) in his, quæ ex opinato, ut plurimùm accidunt. Paulus, l. 2. D. eod. Deniq; & Ariſtotelis, Hippocratis, Ciceronis, Homeri, Vergilii authoritatibus noſtri juriſconſulti in deciſionibus cauſarum utuntur, in l. Cicero D. de pœn. l. 1. §. 1. D. de contrah. empt. & vend. & Tit inſt. de donat. Imo & ruſticorum, artificum & ſenum authoritati, & teſtimonio ſtandum eſſe docent juriſconſulti, l. ſi chorus D. de leg. 3. his verbis: At eos, quos præſidii cauſa repoſitos haberet (ut quibuſdam bellis civilibus factitaſſet) eos legato contineri: & ſæpè audiviſſe ſe ruſticos ſenes ita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe: peculium appellantes, quod præſidii cauſa ſeponeretur. Prætereà ab authoritate majorum argumentum ducimus, Gordianus in l. ad exhibendum C. ad exhib. & l. 2. in princ. D. de jud.

Nec verò ſilentio prætereundum eſt, juriſconſultorum reſponſa apud nos ſummam vim, authoritatemq; præ ſe ferre. Hæc enim lites & controverſias dirimunt, ac definiunt, à quibus diſcedere, vel latum ungvem, ſummum nefas judicamus, Ang. & Doct. in §. reſponſa inſt de jur. nat. gent. & civil. Harum enim legum nutu docemur, domitas habere libidines, coercere omnes voluptates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos abſtinere, Cicero 1. de Oratore. Hæ ab omnibus ſciri debent, omniumq; vitas conſtringunt, l. 3. in princ. & l. leges ſacriſsimæ C. de leg. Iuris enim ignorantia neminem excuſat, c. ignorantia de reg. jur. in 6. Imò ſi judices legum præſcripta, in deciſionibus cauſarum ſequuti non ſint, litem ſuam faciunt, novvel. de judici. §. ut autem. Conſtit. 82. imperitia culpæ adſcribitur ex juriſconſulto, l. imperitia D. de reg. jur.

### *Locus ab authoritate principum & magiſtratuum.* Cap. 14.

LEGE Regia (qua populus omne imperium, poteſtatemq; in unum principem tranſtulit;) conſtitutum eſt quod principi placuerit legis vigorem habere, §. ſed & quod principi inſtit. de jur. nat. gent. l. 1. D. de conſtit. princip. Vnde Princeps dicitur lex animata in terris, §. omnibus in fin. novel. de conſulti. §. tandem novel. de inceſt. & nefa. nupt. conſt. 12. Et ſanctiſsimus vocatur, l. Titia §. Lucius, D. de leg. 2. & l. 1. in princip. C. de vet. jur enucleando. Item ſacerdos appellatur, l. 1. §. 1. D. de juſtit. & jur, hinc & Poeta 3. Aeneidos de Rege Deliorum.

*Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq́; ſacerdos.*
*Vittis & ſacra redimitus tempora lauro.*

Imperator autem dicitur totius mundi Dominus l. Αξίωσις D. ad leg. Rhodiam de jact. His verbis: Εγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, hoc eſt, ego quidem mundi Dominus, Idem in l. bene à Zenone C. de quad. præſcr. Item, quæ (inquit Zeno) differentia introducitur, cum omnia principis eſſe intelligantur? Verum id ita intelligendum eſſe rectè monuit Oldendorpius, ſcilicet quantum ad juſtitiam pertinet conſervandam, ut præcipiat omnibus honeſta, vetet turpia, ſcelerum reos coerceat.

Deniq; omnem hominum ſocietatem incolumē conſervet. Ea enim de cauſa Homerus (qui omnium virtutum parens à Iuſtin. in prooe. D. dicitur) perpetuis epithetis Regem nunc ποιμένα λαῶν, paſtorem populorum, nunc λαοσόον populi ſervatorem, nunc deniq; βουληφόρον ἄνδρα, Iuriſconſultum ivirum vocat. ut Ili. β. in oratione Somni ad Agamemnonem.

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾯ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλεν.

hoc eſt, ad verbum,

*Non decet tota nocte dormire conſiliarium virum.*
*Cui populiq́; commiſſi ſunt & tot curæ,*

Marc. Tullius, lib. 2. de leg. Principum conſtitutiones eatenus leges appellandas, quatenus æquitati rationiq́; conſentaneas eſſe videmus. Verùm noſtri juriſconſulti plus authoritatis regum conſtitutionibus tribuunt. Exiſtimant enim juſſu principis, id licitum fieri, quod alias eſſet illicitum. Idemq́; de judicis imperio dicendum arbitrantur, l. quoniam judices C. de appel. l. non eſt matrimonium D. de rit. nupt. & c. quod quis de reg. jur. in 6. Præterea jus dicitur reddidiſſe, etiam ſi iniquè decreverit princeps.

non relatione ad ea, qua decreuit, vel ſtatuit, ſed ad ea, quæ ſtatuere eum oportebat, l. ius pluribus D de iuſt. & iur. Deinde ſi minor contraxerit & in eo contractu princeps interfuerit, efficit illius præſentia, vt contractus ex ſe nullus, vim & authoritatem decreti obtineat. Nemo enim in facie principis læſus præſumitur, Idem dicendum eſt, ſi reſcripto principis, minori permiſſum ſit, ſi res ſuas ſine decreto & authoritate iudicis diſtrahere: vt Aurelius Imperator conſtituit, l. illud requirendum. C. quando decret. opus non eſt not. in l. 2. C. de his qui veniam æt. imp. Inſuper princeps legibus ſolutus eſt. niſi á Deo, vel natura in animis hominum inſculptæ ſint, quas non didicimus, ſed à natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus. Hæ enim etiam principes & reges conſtringunt, quibus ſi non paruerint: in tyrannidem eorum vergit imperium, ita intelligitur, l. princeps D. de leg. Cic. 2. de legib. At dicet aliquis digna vox eſt prinpicipem ſe ſubditum legibus profiteri, l. digna vox C. de leg. Equidem id verum eſſe exiſtimo, ſi honeſtatis ratio habeatur, ſed nulla neceſsitas eſt impoſita principi. Hic noſtri diſputant. An rex ſolutus legibus, ſit etiam ſolutus à lege contractus. Exempli gratia cum principe meo contraxi in eo contractu, ſtipulatur quid pollicitur que ſe ab eo contractu non receſſurum. An poſtea ab eo reſilire poſsit, Iuris interpretes in varias, & pugnantes ſententias feruntur. Quidam contendunt principem diſcedere poſſe, cùm conuentio ſit lex: at lege ſolutus ſit not. in l. contractus D. de reg. iur. Alij (qnorum verior eſt opinio) fixo pede tenent principem contractibus, vt priuatos adſtringi, modo ex his contractibus Reſpublica magnum non patiatur diſpendium, Bald.

in c. 1. Titul. de feud. Albericus in l 1. D. de offic. proconſul. Cæſ. Nam in principe maximé exuberare debet bona fides & pactorum conſtantia, unde abiit in proverbium, Fides regia, verbum regium, in epiſtola, Inter claras, C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. Deindè naturali ratione pacta ſervanda ſunt: quæ ratio tanquam ſtella in legibus eluceſcit: unde communis eſt, & recepta juriſconſultorum ſententia contractibus ultro citroq́, obligatoriis reges & principes obſtringi, Felv. in c. quæ in elegiarum, col. 30. de conſtit & l. Cæſar. D. de public. & c. 1. de probat. Qui ex jure naturæ ſecundario originem duxerunt, l. ex hoc jure D. de juſt. & jur. Abb. in d. c. quæ in Eccleſiarum, & in c. de forma. 22. q. 5. Imò verò ex ſuperiorum regum & principum pactis, & conventionibus obligantur. Verum rex civitatem invitis civibus alienare & diſtrahere non poteſt. Intereſt enim civium, principem non mutare, cum ex illa mutatione principis & magiſtratuum & dignitatum mutationes contingant, quæ maximo reipublicæ diſpendio cedunt. Bald. in c. in generali, ſi de feudo controverſ. fuerit. Hoſtiem & Ioannes Andr. in c. dilecti de major. & obed. Itaque cum Franciſcus primus, hujus nominis Gallorum Rex, ut ſeſe redimeret cum Lugdunenſium & Burgundionum provincias, Carolo quinto pollicitus fuiſſet, hujuſmodi alienationes nullæ ex eo judicatæ, quod ſubditorum conſenſus non interveniſſet. Suborta eſt alia quæſtio: An tanta ſit pincipis authoritas, ut pro obſervatione contractuum, bona ſuorum civium hypothecæ ſubjicere poſsit. Bart. exiſtimat poſſe, in l. civitas D. ſi cert. petat. Nos verò contrarium tuemur, & defendimus cum gloſatore, in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. & l. neque

pignus

pignus D. de reg. jur, Nam explorati juris eſt, rem alienam, invito domino, obligari non poſſe, l.2. D. de pignor. act. & l. 4. §. actor. D. de re jud. Nec jus pignoris conſtitui.not. in l. rem alienam D. de contrah. empt. At res ſingulorum ad principem non pertinent jure dominii, ſed cuſtodiæ, id eſt, unumquemq; in poſſeſsione bonorum ſuorum retinere debet, ita intelligitur l. ἀξίωσις D. ad leg. Rhod. de jact. & d. l. bene à Zenone, D. de quadr. præſcript. Vt igitur ad propoſitam theſim revertamur, ex ſuperioribus concludendum eſt, maximam eſſe principum authoritatem, adeò ut nihil aliud quærendum ſit, niſi an princeps voluerit. Voluntas enim principis lex eſt, & ſolo verbo gratia perficitur. Inſuper authoritas magiſtratuum, quæ à regia deſiuit, magna eſt. Nam judicibus ſtandum eſt, ſi actuarii interfuerint. Et hoc jure in noſtra Gallia utimur.

*Locus ab authoritate juris interpretum.*

*Cap. 15.*

SAEPISSIME in hoc regno Galliarum veterum juris interpretum ſententiæ, in Forenſibus cauſis deducuntur. Et in primis, Ioannis Fabri antiquiſsimi. Galliæ juriſconſulti, acerrimi & ſubtiliſsimi ingenii. Cujus opiniones, velut Delphica oracula, à pragmaticis excipiuntur: Sicuti apud Hiſpanos & Italos, Bartoli judicia. Hujus enim autoritas in deciſione cauſarum apud eos inſtar legis habetur. Angelus docet Doctorum ſententias probabiles eſſe, non neceſſarias. Angel. in §. reſponſa prudentum inſtit. de jur nat. gent. & civ. gloſ. in l. ſi de interpretatione D de leg. & l. 1. C. eod. Item gloſatorum authoritas maxima eſt, ex Baldo, in l. hæreditas C. de acq. poſſeſ. in c. cùm contin-

contingat, de jure jur. Verùm communis opinio primas partes tenet in judicando, imò jus facit, l. 1. §. & crebrior, D. de offic. prætor. Doctores autem nobiles eſſe docet Bartol, in l. judices de dignit. lib. 12. C. Hancq́; nobilitatem anteponendam eſſe nobilitati generis, teſtis eſt locupletiſsimus Cyn. in l. providendum C. de poſtul. Et Alexander conſ. 94. in 1. volum. l. 2. D. de excuſat tutor. qui & doctoratus privilegia recenſet, in l. centurio, in 2. col. D. de vulgar. & Cardi. Floren. in clemen. 2. in 4. quæſtione extr. de magiſt. Idem Iaſo. in l. ſi quis in conſcribendo, in 2. colu. C. de pact. Igitur ut omnia quæ à nobis fuſiùs, & latiùs ſuprà diſputata ſunt, in epilogum redigamus, ex ſuperioribus inferendum eſt argumentum ab auctoritate principum, magiſtratuum, qui ſummam in republica poteſtatem, merumq́; imperium, ut ſuprema tribunalia obtinent, neceſſarium eſſe: ſicuti argumentum petitum ab authoritate juriſconſultorum, legumq́; municipalium. Quæ omnia argumenta artificialia eſſe nos uſus docuit. Hæc omnia ex officina juriſconſultorum proficiſcuntur, non aliunde. Verum argumentum ab authoritate doctorum petitum, ſi artificiale ſit: tamen non neceſſariam, ſed probabilem concluſionem continet. Cæterùm unius doctoris opinio, ab impenſis & ſumptibus litis (ut ajunt) excuſat.

### *Locus ab authoritate teſtium. Cap. 36.*

HOC genus probationis, etſi extrinſecus petatur: nihilominus à noſtris juriſconſultis paſſim exponitur, conſtatq́; quamplurima, in hoc Probationis genere attendi debere. Teſtimonia autem à teſtando dicuntur. ut author eſt Paulus juriſcon-

riſconſultus, Bud. in l. 2. D. de origin. jur. quod teſtes noſtram ſententiam, ſenſúq; animi teſtentur & exprimant. Nam quæ de rei geſtæ veritate ſentiunt, in judicium proferunt, Calliſtratus, in l. 3. in princip. de teſt. Teſtium fidem, conditionem, vitam antè actam, fortunam æſtimationem atq; dignitatem diligenter exquirendam eſſe præcipit. Et quia munus ferendi teſtimonii publicum eſt arg. l. 2. §. 1. D. ſi quis cautio, & l. ſed & ſi per Prætorem §. ult. D. ex quib. cauſ. major. Ideoq; teſtes cogi poſſunt, ut teſtimonium ferant. Sciendum eſt, probationem perfectam eſſe ſuis numeris, quæ duobus teſtibus conſtat, ſi modo lex majorem numerum non requirat, ut in teſtamentis ſeptem, in Codicillis quinq;. Verum antequam fidem faciant, juſiurandum præſtare debent: nam juriſiurandi religio, vim & authoritatem teſtimoniis, dictisq; teſtium, elogiis, inquiſitisq; tribuit.

In his autem teſtibus plura deſiderantur, quæ ſequentibus verſibus comprehenduntur:

*Aetas, conditio, ſexus, diſcretio, fama,*
*Et fortuna, fides. In teſtibus iſta requires.*

gloſ. in l. 1. D. de teſtib. & c. 2. eod. in 6. Omnes autem ad teſtimonium admittuntur, quibus teſtimonium non interdicitur, l. 3. §. 1. & l idonei, & l. nullus, & l. ob carmen D. de teſtib. Inter teſtes, hi maximam fidem præ ſe ferunt, quos omni exceptione maiores vocant Gallicè dicũtur, *ſans reproche*, l. opinionem C. de contrah. & committ. ſtip. gloſ. in §. Item verborum inſt. de inutil. ſtipul. Hæc autem argumenta à teſtibus, maximam vim obtinent in iure, & ferè per omnia, inſtrumentis exæquata ſunt. l. in exercendis de fide inſtrum. C. In litibus exercendis (inquit Conſtantinus) eandem vim obtinent,

tinent, tam fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium. Nam duo teſtes Chirographum, aliaq́; priuata inſtrumenta, eorumq́; fidem penitus euertunt, l. optimam C. de contrah. & committ. ſtipul. Quod ſi ſint authentica, & publica inſtrumenta, quatuor teſtes requiruntur, l. cum precibus C. de probat. & c. cum Ioannes ext. de fide inſtr.

At dicet aliquis maior fides viuæ voci quam mortuæ adhibenda eſt: Teſtis eſt viua vox, at inſtrumentum eſt vox mortua: igitur non eſt par, eademque teſtium, & inſtrumentorum authoritas. Sed ſic reſponſum volumus: ibi & inſtrumentum, & teſtes ab vna parte adducebantur: ab alia ſolum inſtrumentum. Duo autem vincula ſunt fortiora vno, Doctores in d. l. in exercendis. Verùm, quamplurima quotidie occurrunt, quæ ſola ſcriptura probantur, non teſtibus, Hos caſus enumerat. Ioan. Andr. in c. 1. de cenſib. in 6. præterea, ſciendum eſt, non omnium teſtium dictis ſtandum eſſe, quorundam enim fides à lege improbatur, veluti ſi ſint domeſtici teſtes, l. 2. C. de teſt. l. vlt. C. de his qui ad eccleſ. l. reſpiciendum §. furtum E. de pœn. l. vnic. §. illo C. ſi quacunque prædit. poteſta. l. pridem C. de quæſtio. Item familiares, & propinqui à teſtimonio repelluntur: l. vlt. C. de verb. ſignif. Hic diſputant noſtri: an fratris teſtimonium ſit iure improbatum? Duarenus in lib. Diſputat. exiſtimat, omnino eſſe interdictum contra omnium ferę iuris interpretum ſententiam, nititurque authoritate iuriſconſulti, in d. l. reſpiciendum §. furtum D. de pœn. Verùm pace tanti viri dixerim (quem & præceptorem meum agnoſco) ex Marcello iuriſconſulto colligi non poteſt, fratrem eſſe domeſticū teſtem: ſed ibi de furtis domeſticis agi. Communi verò

Doctorum

Doctorum ſententia receptum eſt, fratres non prohiberi, in cauſis fratrum pecuniarijs, teſtimonium dicere: & contra fratrem poſſe. l. 1. & l. lex Iulia. D. de teſt. & c. literas extr. de præſumpt. c. parentes 4. q. 3. l. ſi ſororem C. qui accuſare non poſſunt. Modo in eadem domo non commorentur, nec ſit profuſa beneuolentia. Bart. in l. parentes Bald. in l. quoniam liberi C. de teſt. vel bonorum ſocietas inter eos contracta. not. in d. l. ſi ſororem, Verùm in criminalibus cauſis nec fratres, nec cognati vſq; ad tertium gradum ad teſtimonium admittuntur. Vbi enim maius eſt periculum, ibi cautius agendum eſt, propter affectionem ſanguinis, l. lege Cornelia D. de iniur. Imo Bartolus exiſtimat in ciuilibus cauſis grauioribus, fratris teſtimonium repelli poſſe. Bart. & Bald. Accurſ. in l. parentes C. de teſtib. Item affines à teſtimonio repelluntur, c. abſens 2. q. 9. & c. ſimiliter 2. q. 5. Aufrerius exiſtimat id verum eſſe vſq; ad quartum gradum, ſed non vltra primum genus affinitatis, gloſ. & Doctor in c. omnino debet extr. de conſang. & affinit. Hippo. de Mar. ſingul. 123. contendit, à teſtimonio affines repellendos eſſe, ſi ſint in linea aſcendentium, vel deſcendentium, non autem ſi in gradu ex tranſuerſo. Hic refert authoritatem Ioannis Andreæ, in c. nonnulli de reſcript. Angel. conſ. 190. q. 1 in. 2. colum. Aufrerius in tracta. ſuo de reprobat. teſt. Deinde in capitalibus cauſis, cognatis vſque ad tertium gradum, propter ſuſpitionem ſanguinis, & affectionis, teſtimonium interdictum eſt, arg. l. lege Cornelia D. de iniur. Lubens parentes vtriuſq; ſexus ſilentio prætereo. Nam ſi fratres & cognati ſuſpecti ſint, quanto magis parẽtes & liberi, qui vna, eademq; perſona fictione iuris cẽſẽtur, Ideoq; iure ſancitũ eſt

parentes

parentes in cauſis filiorum, & filios in cauſis parentum, ec contra parentes, teſtimonium ferre poſſe, l. parentes, C. de teſtibus l teſtis idoneus D de teſt. Nec intereſt, an filij ſint in poteſtate, an emancipati, an legitimi, an ſpurij, Ioannes And apud Specula in tit, de teſt. §.1. verſ. Item quid eſt parens. Omnium enim par eſt affectus impellente natura §. ult. in auth. quibus modis natu. effici ſui l. parentes, D de in ius vocand. quo affectu qui carent ἄϛοργοι á Græcis peculiari nomine dicuntur. Verùm ſciendum eſt, parentes inter libros eiuſdem gradus teſtimonium ferre poſſe, cùm ſit par, idemque affectus, omniſque fraudis ſuſpicio ſublata ſit, Bart. in l. non ſolùm §. 1. D. de rit. nupt. & l. extraneo §. 1 D. de quæſt. Item matri fides adhibenda eſt, cùm de ætate, genere & cognatione filii diſputatur, Nellus à ſancto Gemi in tract. de teſtib. in princ. Aut ſi pater teſtimonium tulerit pro filio in cauſa religionis. Deindè ſi quæratur: an nuptiæ conſiſtere poſſint? & an conſanguinitatis vel affinitatis gradus adverſetur, Speculator in tit. de teſtib. in princip. verſic. quid ſi parens. not. in l. etiam matris D. de probat. Nonnulli exiſtimant & parentes & filios, & fratres admitti ad teſtimonium in crimine læſæ majeſtatis divinæ vel humanæ, l. 2. C. de teſt. & l. ult. §. ul. C. de his qui ad eccleſ. Prætereá, domeſticum teſtimonium jure improbatum eſt. Verum hic aphoriſmus plures patitur exceptiones. nam in cauſis eccleſiarum domeſtici admittuntur c. 2. 2. 7. diſtinct. Item colonus & aſſcriptitius, licet domeſtici habeantur: tamen teſtimonium ferre poſſunt, ut docet Nellus a ſancto Gemi. in tract. de teſtib. Deindè tempus ſpectandum eſt, quo teſtimonium ferendum eſt. Nam ſi domeſtici re vera in domo producentis, tunc temporis non

re geſti

ſint, quo teſtimonium ferre debent, etiam ſi tempore geſti negocij domeſtici eſſent: nihil ominus teſtimonium ferre poſſunt, modo abſit fraudis ſuſpitio, Oldendorpius in tract. de teſtib. not. in l. 1. §. Idem D. de quæſt. vbi Bart. & Angelus in l. ſeruos C. de quæſt. Vnde Doctores aiunt eſſe tutelam, vt ſi quis non habeat teſtes, niſi famulos, eos repellat à ſe, & poſtmodùm producat in teſtes: ſed ſi dolus probaretur, nullum eſſet eorum teſtimonium, vt rectè docet Oldendorpius, veluti ſi ſtatim vt expulſi ſunt, teſtimonium ferant: vel ſi poſt teſtimonium, ſtatim reuerſi ſint ad domum producentis not. in l. ſi venter D. de priuileg. cred. Bart. in l. poſt contractum D. de donat.

Deinde, cùm factum eſt domeſticum, eo caſu domeſtici teſtes eſſe poſſunt. Nam domeſtica, non niſi per domeſticos probari poſſunt, vt docet Archidia. in c. plerique offici. ordina. in 6. Alber. in l. conſenſu C. de repud. Specu. in tit. de teſtib. §. 1. verſ. Item quia domeſticus Bart. in l. ſi quando C. Vnde vi. Fely. & Alexander de Imol. & Innocentius exiſtimant, ſi famulitio principis vel Cardinalis, aut alterius magni Domini teſtis eſſe poterit. Nam non eſt verisſimile, hunc à via recta, in cauſa etiam domini aberrare velle: ſecus (inquiunt) ſi ſit famulus plebeiorum, & vilium, & ſcholaſticorum, & Fely. in c. in literis de teſti. in princ. Et Alexander de imo. in conſ. 24. in 4. col. in 2. part. Ita intelligitur l. etiam C. de teſt. Innoc. in c. in literis de offic. de legat. Bald. in l. etiam C de teſtib. Quod ſi eſſet famulus, qui in domo etiam magnatis commoraretur pro ſolis expenſis, ſine ſalario: à teſtimonio repellendus eſt, vt docet Cardinalis in c. inſinuante de offic. de leg. Deinde Colonus non poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui domini contra Nellum à

ſancto gemi. vt teſtes ſunt Albericus. in l.etiam C. de teſt. Gloſ & Baga. & gloſator, in §. in teſtamentis, inſtit. de teſtam. & hæc eſt communis interpretum opinio, vt docet Alexander de Imo. in conſ. 128. in q. parte. Idem demercenario dicendum eſſe teſtantur interpretes, in c. in literis de offic. de leg. Quod autem diximus, clericum in cauſa ſuæ ecclesiæ teſtem eſſe poſſe, id intellectum volumus, modo non ſit principalis litigans, ſed alius cauſam agitet, c. ſuper eo, &c. nuncius extr. de teſt. Notandum eſt, maritum in cauſa vxoris, & vxorem in cauſa mariti teſtimonium ferre non poſſe. Bart. in l, 2. C. de teſt. ſpeculator in tit. de teſti. § 1. verſ. quid ſi aduerſarius, cum ex lege ſacroſancta duo ſint in vna carne, ſocijq; ſint diuinæ & humanæ domus, mutuaq; ſit reuerentia, l.t. D. rer. amor. & l. aduerſus C. de crimin. expilat hæred. & Bart. in l. 2. C. de teſtib. Deinde, domeſtici ſunt: qui ſimul, & in eadem domo commorantur. Omnes enim qui eandem domum incolunt, iuriſconſultus eos domeſticos vocat, d. l. reſpiciendum § furtum D. de pœn. Quid ſi ſint amici, vel inimici: an ideo à teſtimonio repelluntur? Equidem ſi tanta inter eos amicitia intercederet, vt ſimul viuere, & ſæpiſsimè eidem menſæ accumbere ſolerent (vulgus vocat commenſales) tunc à teſtimonio penitus arcendos eſſe liquido conſtat, Caliſtratus in l. 3. D. de teſt. Et hoc iure in Gallia vtimur. Si verò inimicitiæ allegentur addenda eſt vocula capitales. Dicitur autem inimicus capitalis, qui accuſationem intendit vel necem minatus eſt, Albericus in auth. ſi dicatur C. de teſtib. & l. licet D. de arbit. tel. in c. cum P. Manconella de accuſat. & c. adferte extr. de præſũpt. vel ſi ſint grauiſsimæ inimicitiæ: veluti ſi lis mota ſit ratione omnium bonorũ, vel maioris partis

vel

vel ſi quis è domo expulſus ſit, inde grauis contumelia gignitur. Item ſi fama læſa ſit, l. ſi inimicitiæ D. de his quib. vt indig. Bart. in l. eos. & auth. ſi teſtis C. de teſt. verbis, & conuicijs.

Verum æquus iudex has qualitates, & circunſtantias rerum æquitate, & religione ſua metiatur: Bartol. in d. l. eos, Moribus Gallorum recceptum eſt, has obiectiones contra teſtes, ſcilicet, quod ſint conſanguinei, vel inimici nulla eſſe, niſi, qui obijcit, dicat in quo gradu conſanguinitatis ſint teſtes conſanguinei. Item niſi adducat capitales inimicos eſſe. Præterea iuriſconſultus idoneos teſtes non eſſe docet, quibus imperari poteſt, vt teſtes fiant, Iulianus in l. Idonei D. de teſt. & l. eos C. eodem tit. Inde diſputant noſtri: an vaſallus teſtis eſſe poſſit in cauſa ſui domini. Quidam vt Nellus, à ſancto Gemi. exiſtimant poſſe: Alij diſtiguunt aut eſt magnum feudum, tunc teſtis eſſe non poteſt, ſecus ſi ſit feudum parui ponderis, & momenti. Alij, quorum eſt verior opinio, docent domini qualitatem attendi debenre. Nam ſi ſit violentus, qui in vaſallos ſæuiat, tunc vaſalli teſtimonium maximè ſuſpectum eſt: ſecus ſi humanus, verùm antequam teſtimonium vaſallus ferat, iuſiurandum fidelitatis vaſallo remittendum eſt, vt liberè teſtari poſsit. Huic ſententiæ aſtipulantur Sepeculator, Ioanes Andr. & Oldendorpius, Speculator in tit. de teſt. §. 1. verſ, ſed nunquid vaſallus. & Oldendorp. in tract. de teſtib.

Ciues autem, vel ſubditi cuiuſque ciuitatis, vel Vniuerſitatis teſtimonium in cauſa publica ferre poſſunt, ſi res controuerſa principaliter ad vniuerſitatem pertineat (cùm non ſingulorum ſed ciuitatis ſit res in controuerſiam dedudu cta) l. ſed ſi hoc §. qui manumittitur D. de in ius vocan. vbi Bart.

& l. ſi in tantum §. vniuerſitatis D. de rer. diuiſio.
Secus ſi res ad vniuerſos tanquam ad ſingulos ſpe-
ctet, tunc enim eſſent teſtes in propria cauſa, l. nul-
lus D. de teſt. & l. omnibus C. de teſt Res autem ad
vniuerſitatem ſpectare videtur, vt ſi teſtator, id
quod ad honorem ornatumq́; ciuitatis pertinet, le-
gauerit. Ad ornatum, veluti ad inſtruendum thea-
trum, ad edificandum forum, vel municipum æ-
des, Galli vocant. *maiſon de Ville*. ad honorem, ad
venationem ad ludos Circenſes, vel ſcenicos vt do-
cet iuriſconſultus, l. ciuitatibus in princip. D. de
leg. 1. Ad ſingulos verò hæc ſpectant: vt epulum re-
lictum ciuibus, vel ius immunitatis, quod in ſin-
gulorum vtilitatem vertitur, vide Oldendorp. in
tract. de teſtib. Præterea ſocius in cauſa ſocij teſtis
eſſe poteſt, modò ex ea cauſa nullum commodum,
vel incommodum ſentiat, l. 1. §. imprimis D quan-
do appell. ſit l. quoniam vbi gloſat. C. de teſtib.
Verùm ſocius & particeps ſceleris, neq; pro ſocio,
nec contra ſocium ad teſtimonium admittitur, l.
repeti D. de quæſt. & l. ſi filium, C. de lib. cauſ. &
l. quoniam C. de teſt. niſi in atrocioribus delict. vt
in crimine perduellionis, l. de confeſſ. Item in ſi-
monia hæreſeon omnium radice, vt ex D. Epipha-
nio, & cæteris hæreſeographis, imprimiſq́; Niceta
Choniata Orthodoxiæ Theſauri hoc menſe Decem-
bri 1579. clariſſimorum virorum D. D. á. S. An-
drea fratrum liberalitate in vulgus emiſsi lib. 4. cap.
1. patet: quæ in eccleſiam Gallicam cum maxima
reipub. Chriſtianæ iactura irrepſit, c. 1. de teſtib.
in 6. Deinde in latrocinio, l. prouinciarum, C. de
fer. & l. Diuus Adrianus D. de cuſtod. reor. vel in
crimine falſæ monetæ, l. 1. in princip. C. de falſ.
mon. Item in crimine peculatus, & in veneficis,
& magicis artibus, l. ., C. ad leg. Iul. pecul. l.

C. de

C. de cuſto. reor. & l. vlt, C. de malef. & math. vel in vſura, quæ quamplurimorum ciuium noſtræ tempeſtatis animos peruaſit. Et hic morbus ex Italia in noſtram Galliam ſerpſit, non ſine maximo reipub. Gallicanæ diſpēdio quam σμικρολόγοι huiuſmodi χρηματισταὶ ita exugunt, vt *Non miſſura cutem, niſi plena cruoris, hirudo*. Moribus autem noſtris, iudices ſocium, de ſocij crimine, interrogant. Non (vt inquiunt) ad iuſtam probationem, ſed ad veritatem indagandam. Oldendorp. in tract. de teſt. Deinde impuberes à teſtimonio repelluntur, l. q. §. legere, & l. multi 2. D. de teſt. & l. qui teſtamento D. qui teſtam. facer. poſſ. Sicut ſerui, & monachi, & qui in eremo detinentur, c. monachi 16. q. 1. & Tot. Tit. ne cleri. vel monach. Item fœminæ, in criminalibus cauſis, teſtimonium ferre non poſſunt, c. mulierem 23. q. 10. c. forus extr. de verbo. ſignif. Iure pontificio: At iure ciuili poſſunt, cùm non prohibantur à lege, vt docet Azo antiquiſſimus iuris interpres, in l. 1. D. de teſti. Quod & in Gallia ſequitur: Notandum eſt iure pontificio mulieres, & impuberes, in crimine perduellionis, & hæreſis teſtes eſſe poſſe, l. de minore, in princip. D. de quæſt. &c. mulierem 33. q. 5. At in cauſis ciuilibus fœminæ admittuntur, c. quoniam &c. iam literis de teſtib. Item ſi e male audiat teſtis, in §. quarta in auth. de teſti. Deinde ſi ſit pauper, d. §. quarta l. Idem in tutore D. de ſuſpect. tut. Verùm in Gallia vitio non tribuitur paupertas, nec ob id, teſtimonium improbatur: niſi quoq; dictum ſit, hunc oſtiatim victum quærere, & mendicum hoc eſt (vt ex Ariſtoph. in Pluto ſententia loquar) non tantum πένητα ſed etiam πτωχὸν eſſe. Item ſi ſit furioſus, mente captus, ob continuam mentis alienationem, l. cum furioſus, D. de iud., & l. qui teſtamento §.

nec furioſus D. teſt. Muti quoq; & ſurdi, qui omnino non exaudiunt vel loquuntur, teſtes eſſe non poſſunt: ſecùs ſi tardius exaudiant, vel cum difficultate loquantur, l. diſcretis C. qui teſta facer. poſſ. §. Item ſurdus inſt. eod. & §. teſtes. Item cæci, prodigi, quibus bonis interdictum eſt vel á lege vel ab homine, hi enim in alienis negotiis, fidem non merentur, qui ſuis præeſſe non poſſunt, l. is cui D. de teſt. & d. §. teſtes. Dejnde teſtes à litigantibus inſtructi, vel à procuratoribus & cauſarum patronis edocti, fidem non faciunt, Speculator, in §. 1. verſ. Item tit. de teſti. Item ſi pecunia precibus, vel promiſsis adducti ſint teſtes, non audiuntur: quia corrupti ſunt, etſi verum dixerint, ut docet Iuriſconſul. l. 2. D. de concuſsio, Bart. in l. ſi quis D. de teſt. & l. ſi quis teſtibus C. de teſt. Verum quia ſtipendiis ſuis nemo militat, cibaria á producentibus teſtes accipere poſſunt, ad perficiendum iter neceſſaria, c. ſtatutum §. penult. de teſt. lib. 6. & c. liberi teſtes 4. q. 3. Ideo in Gallia judices ſalarium his impertiunt. Præterea adminiſtratores, magiſtratus, judices, arbitri, advocati, procuratores, tutores & curatores cùm munere ſuo funguntur, à teſtimonio repelli debent: nec audiendi ſunt, ne diverſis muneribus & oppoſitis defungi videantur, l. nemo C. de acceſſor. l. ſi plures D. de pact. & l. ille à quo §. tempeſtivum D. ad Trebel. l. in arbitris §. ſin autem c. de arb. Mandatis cavetur (ait Archadius) ut præſides attendant, ne patroni in cauſa, cui patrocinium præſtiterunt teſtimonium dicant, l. ult. D. teſtam. Verùm ſi veritas rei aliunde colligi non poſsit, quám ex advocati & procuratoris teſtimonio, tunc eos ad teſtimonium compelli poſſe judicarem. Nemo enim Chriſtianus veritati tenebras offundere debet, ita ſenatus Pariſienſis cenſuit.

ſuit. Item Iudæis, paganis & hæreticis teſtimonia interdicta ſunt, cùm in his nullum fidei lumen appareat qui in Deum perfidiæ crimen contraxerunt c. Iudæi extr. de teſtibus. Nam ſunt infames, l. quoniam & auth. Gazaros C. de hæret. Accurſ. in l. 1. c. de ſumma Trinit. Item, qui excommunicationis fulmine icti ſunt, c. miramur 24. q. 1. qui ab Hebr. Apoſynagogi Græca voce dicebantur, id eſt, à ſynagoga expulſi, vt Apoſtoli Ieſu & cæteri naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ præcones expelli tanquam peripſemata quædam ſolebant vel ex ipſius Chriſti oraculo Abſq; ſynagogis facient vos. & c. Ioa. 16. AEgi etiam, qui ob turpitudinem à Senatu, vel alio munere publico remoti ſunt, teſtimonium dicere non poſſunt, l. 2, D. de Senat. & l. 2. & l. iudices. C. de dignit. Eſt etiam iuris axioma: In re, vel cauſa propria, nemo idoneus teſtis, vel iudex eſſe poteſt. Ratio eſt ex Marco Tullio, in oratione pro Marco Marcello, quia nemo eſt ſui iudex, qui ſibi non ſe æquiorem, quam reo præbat, l. omnibus C. de teſtib. & Tot. Tit. ne quis in ſua cauſa. tanta plerique; omnes φιλαυτίᾳ laborant, vt nemo non ſibi bene eſſe malit, quam alteri: Nemo ſibi vt in prouerbio eſt, non ſuffenus eſſe pergae, Item ſi cauſa aliquo modo ad teſtem pertineat. Itaque qui teſtamento hæres inſtituitur, in eodem teſtamento teſtis eſſe non poteſt, l. qui teſtamento D. de teſt. At dicet quis: legatarius cuius intereſt vltimã voluntatem non rumpi, cùm legato ſuo priuaretur l. 1. D. de Codic. Tamen in cauſa teſtamenti, teſtimonium ferre poteſt, Doctores in l. 1 d. l. omnibus, & l. qui teſtamento D. de teſt. Reſolutio eſt, id fieri, cum fauore teſtamentorum, tum propter teſtium multitudinẽ, qui in teſtamẽtis adhiberi ſolẽt ſeptẽ, ſcilicet, qui falſi ſuſcipionẽ purgãt, l. quia ait D

de

de infam. Deinde, qui ab exercitu ob infamiam remittitur, l. athletas D. de infam. vel qui artis ludicræ in ſcenam prodierit, d. l. athletas §. 1. vel lenocinium commiſerit. l. improbum C. de infamib. Item, qui fœnus & uſuram exercuit, l. 1. de prævari. & l. 1. de infam. vel prævaricator extitit, vel alicujus criminis convictus & damnatus eſt, utpote furti, bonorum raptorum, injuriarum. Item ſi ſuper his criminibus tranſegerit, l. 1. D. de infamib. & l. 2. C. eod. tit. Qui binas uxores eodem tempore duxit, l. 1. D. eod. Deinde, reus expilatæ hæreditatis, l. ſi te C. eod. Qui in teſtamento patris increpatus eſt, l. ea quæ C. eod. Deniq; omnibus, qui notam infamiæ paſsi ſunt, jure teſtimonium interdictum eſt, not. in l. 1. D. de teſt. & l. 1. D. de infami. Plures autem ſunt, qui teſtimonium ferre non coguntur, & ſi munus ſit publicum, veluti pater, mater, filius, ſocer, gener, vitricus, privignus, ſobrinus, ſobrina, ex ſobrina natus, omnesq; qui in proximo gradu ſunt, patronus, patrona, uxor patroni, patronæ maritus, libertus ejuſq; filii, cauſarum patronus, & executor, l. ob carmen §. illud, & l. ulti. D. de teſt. Item ſeptuagenarius morbo ſontico laborans miles in acie, relegatus, l. inviti D. de teſt. & l. 1. qui ætat. vel profeſſ. libro 10. C. l. 3. D. de jur. in mun. l. 3. §. teſtes D. de teſt. & l. 2. §. ignominia D. de his qui not. infam. ut ſuprà diximus. Inſuper uni teſti non creditur. Vox enim unius, vox nullius, l. juſiurandi C. de teſtib. & l. maritus D. de qu. Niſi in quibuſdam caſibus, qui â noſtris connumerantur, in c. tanta 86. diſtinct. & c. admonere 33. q. 2. & l. potiore C. de offic. rector. prov. & l. ſi quis C. ad l. Corn. de falſ. c. nicena 20. diſt. l. Theopompus D. de dot. præleg. Nam & obſtetrici fides adhibetur, in l. 1. C. de ventr. inſpic.

Scien-

Sciendum eſt, ubi certus numerus definitus eſt à lege, teſtes rogandos eſſe, exceptis Codicillis, in quibus id neceſſe non eſt, l. teſtium & auth. rogati, C. de teſtib. & l. ult. §. ult. C. de Codicil. Ei autem, qui dicit teſtes fuiſſe rogatos, incumbit onus probandi, l. ab ea parte D. de probat. Oldendorp. exiſtimat, in contractibus ſcriptis, teſtes rogandos eſſe, ex §. & licet in auth. de teſt. Hæc autem in teſtibus deſiderantur, ut juſiurandum præſtent. Nam teſtibus non eſt fides adhibenda, niſi juratis: Divus enim Adrianus junio Ruffo Proconſuli Macedoniæ reſcripſit teſtibus ſe non teſtimoniis crediturum §. qui in auth. de teſtibus. & authent. ad hæc C. de judic. Quod ſi non juraverint, eorum depoſitiones vulgo teſtimonia vocantur, quibus non creditur, unde Barbatias, inquit: Differentia eſt inter teſtimonium & teſtem. Nam teſtimonium eſt teſtium non juratorum, qui propriè teſtes non ſunt, c. tuis ext. de teſt. & c. tua nos de coha. cler. & not. l. 3 §. Item, divus D. de teſt. At teſtes propriè dicuntur, qui jurarunt, ſe veritatis teſtimonium dicturos. Alias fidem non faciunt, c. cùm oporteat, & c. repellantur de teſt. c. nuper. & c. tuis extr. eod. & l. ſolam, & l. juriſiurandi C. de teſt. Teſtes autem verboſi, ſuſpecti ſunt: nam ex ſapiente. In multiloquio non deerit peccatum. Adde quod Prou. 10. quo ſpectat & Dominus ipſe Chriſtus orandi Dei formam præſcribens, Matth. 5, Orantes, inquit, nolite multum loqui, ſicut Ethnici. putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudientur, quibus ex verbis ænigmatis hujus, quod à Gellio lib. 4. cap. 9. ex Nigido Figulo adducitur elici ſenſus poteſt Religentem eſſe oportet, religioſum nefas, Loquacitatis comes eſt mendacium, not. in l. ult. C. de donat. In teſtibus non tantum juſiurandum requiritur, ſed neceſſarium eſt, ut præ-

ſente adverſario, vel legitimè vocato, juſiurandum præſtetur: nam ſi abſente, vel non vocato, nullum eſt teſtimonium, l. ſi quando C. de teſtib. c. in nomine domini extr. de teſtibus c. de parentela 35. q. 6. & c. cauſam extr de teſt. & l. juriſiurandi C. eo. Deinde ſi obſcurè & ambiguè loquutus ſit. Vt Delphicus ille Apollo *Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe* &: *Crœſus Halyn ſuperans magnam conſumet opum vim.* Ea de cauſa λόξιας dictus eſt, nam paria ſunt, obſcurè reſpondere, vel nihil omnino reſpondere c. cum clamor extr. de teſt. & c. penult. de teſtib cogend. l. in conventionalibus D. de verborum ſignif l.1. D.de reb.dubiis. Item, qui vacillat, tanquam dubius teſtis eſſe poteſt, c. ſolicitudinem extr. de appellat. & l. nemo vacillans C. de acq. poſſe. Vel qui variè loquitur, ſibiq; non conſtat, l.eos. d.ad l. Corn. de falſ. & l.eos. & l. falſam de teſtib. D. Horum teſtimonium nullum eſt, & à judice mulctandi ſunt l.nullum C. de teſtibus innocent. in c. penul. extr. de teſtib. Nam qui non conſtanter rem affirmat, ſibi ipſi repugnare videtur: non mirum ſi puniendus veniat c.penul. extr. de teſtib. Quod ſi verbum aliquod ambiguum in teſtimonio reperiatur, teſtis, vel judex interpretari poterit, l.cum ambiguis, & l.Neratius D.de reg.jur. Deinde, teſtimonium horum teſtium nullum eſt, ſi teſtimonii rationem non reddiderint, Fely.in c.literis de præſ.Alexand.Imol.conſ.136.& C.41.& conſ. C. 31.& C.41.& Conſ.72. Quod Innocentius in c.cum cauſam de teſtib.& Bald.& alii doctores in l. ſolum C.de teſtib.Bart in l.qui teſtamentum §.ult.D.de teſtib. ſic diſtinguendum putant: vel teſtes, de his teſtimonium ferunt, quæ quinq; ſenſibus corporis, vel uno percipi poſſunt: tunc teſtimonium ratum eſt, & ſi teſtis rationem dicti ſui non reddiderit; ſi inter-

rogatus non fuerit: ſed ſi interrogatus ut rationem dicat, nec dixerit, nullum eſt teſtimonium, veluti teſtis aſſerit Titium decem mutuò à Sempronio accepiſſe, ſi ulterius non interrogetur à judice, hoc teſtimonium valet. Sed ſi interrogatus quomodo ſcit, non reſpondeat: teſtimonium nullum redditur: nam dicere debet: ſcio, quia aderã quando decem mutuo data ſunt. Si aũt teſtis interrogatus ſit de his, quæ immediatè non percipiuntur ſenſibus: tunc nullum eſt illius teſtimonium, ſi ſui dicti cauſam omiſerit, etiam ſi interrogatus non fuerit, veluti ſi teſtis dixerit. Titius eſt dominus hujus domus, quia dominiũ in jure, non in facto conſiſtit, nec cauſam reddiderit. Verùm ſi Oldendorpio credimus, id eſt intelligendũ, ſi teſtis interrogatus, teſtimonii rationem, cauſamq́; dicere non potuerit. Tunc enim nullum eſt teſtimonium. Id enim maximè ad judices & inquiſitores ſpectat, ut teſtes de cauſa ſcientiæ interrogent. Vlpianus, l. cùm hi § ult. igitur D. de tranſact. ait, Apud prætorem de iſtis quæri inprimis, de cauſa tranſactionis. Deinde de modo, tertio, de perſonis tranſigentium, l. ſolam C. de teſt. & §. & licet dudum in auth. eod. Aut etiam (ait) cauſam teſtimonii fortè faciant manifeſtam, l. hæ enim in princip. D. de ſuſpect. tuto. At non nunquam judices, breuitatis ergò, rationem omittunt. Ratum nihil ominùs eſt teſtimonium, Accurſ. in d. l. ſolam. Nam falſum non præſumitur dixiſſe teſtis memor ſui juriſiurandi c. ſancimus 1. q. 7. At ſi ineptam rationem teſtis adferat, teſtimonium inutile redditur, ut Ioannes Andr. & Speculator exiſtimant. in §. 1. verſ. ſed quid ſi cauſam Tit. de teſt. Cauſa autem, de propriis ſenſibus corporeis educi, non de alienis, debet. Veluti, quia guſtavit, tetigit, vidit, audivit, olfecit, adfuit. Verùm ſi auditus aliunde pendeat, utpote quia audivit à quodã, Sempronium centũ mutuo à Titio accepiſſe

hujus

hujus teſtimonii fides improbatur. Vnde ajunt noſtri, Plautum comicum ſequuti plus valet unus teſtis oculatus, quàm mille auriti; l. teſtium C. de teſtib. Quòd ſi in eo loco fuerit teſtis, unde vocem exaudire potuit, quia ſcilicet familiariter cum eo conflictabatur, vitamq; degebat: præſens utiq; habetur, ut ſi vocem interfecti ex alio cubiculo audierit. l. 1. §. eodem autem tecto D. ad Senatuſ. Syllania. Deinde teſtimonium de alieno auditu, nonnunquam ſummam vim & authoritatem obtinet: veluti cum de gradibus cognationis & affinitatis diſputatur, vel de poſſeſsione, cujus initii memoria non extat, ut de decimis feudalibus ante concilium Lateranenſe, quod quatuor ætatum memoriam prætergreditur, tunc ajunt teſtes, ſe à majoribus ſuis audiviſſe, ſcilicet à patre vel matre, qui quidem dicebant, ſe idem à parentibus ſuis accepiſſe, ſcilicet talem nobilem jus habere percipiendi decimas. Nam aliter memoria vetuſti operis probari non poſſet, l. cùm de cognatione. & l. non facilè D. de gradi. 2. & l. ſi arbiter D. de probat. & l. 2. §. Idem Labeo D. de aq. plu. arcend.

Verùm diſputant noſtri: And teſtis, qui falſum teſtimonii tulit, & falſi & mendacij accuſari poſsit, ante & poſt diffinitã controuerſiam, & tandem puniri. Tyndarus in tract. ſuo de teſt. cap. 10. exiſtimat videndum, vtrùm teſtis loco, vel calore iracundiæ teſtimonium dixerit, tunc non eſſe puniendum arbitratur, ſaltem mitiùs cum eo agendum: cum quia in delictis animus, non verba attenduntur, l. diuus, & l. is qui cum telo D. ad l. Cornel. de fal. tum volubilitas, & lubricum linguæ, non facilè ad pœnam trahitur, l. famoſi §. hoc tamen capite D. ad l. Iul. majeſt. Sed veriſsima eſt omnium ferè juris interpretum ſententia, extra ordinem puniri, & ante &

ſe & poſt cauſam finitam, poſſe inter reos deferri, l. qui falſo D. de teſtib. l. nullum eod. & l. eos qui D. ad l. Cornel. de falſ. l. ex liberis, & l. unius §. teſtes D. de quæſt. Nam ex Auguſtino: Falſus teſtis tribus perſonis eſt obnoxius. Primum Deo, cujus præſentiam contemnit: deindè judici quem mentiendo fallit, poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio lædit, in c. 1. de crim. falſi. Falſum autem, & in committendo, & in omittendo verſatur. Cæterum teſtis reus falſi, omne damnum reſarcire cogitur, quod litigantes ex ejus teſtimonio pertulerunt, ut docet Pontifex, in c. ſancimus hujuſmodi 1. q. 7. Notandum tamen eſt, teſtem ſi pugnantia ex diametro dixerit, ſe incontinenti poſſe corrigere, & dictum emendare, antequam à judice diſceſſerit. At non ex intervallo, l. repeti D. de quæſt. & l. quicquid aſtringendæ D. de verb. oblig. & l. ſi poſtulaverit §. 1. D. ad l. Iul. de adult. c. præterea extr. de teſt. cog. Imò incontinenti corrigere non poteſt, niſi juſtam cauſam erroris allegaverit, uſq; adeo mendacem, ut ajunt, oportet eſſe memorem. Quod ſi nullam cauſam adducat, ut varius punitur, l. eos D. ad l. Cornel. de falſ. Tyndarus in Tract. de teſt. Verùm litigantes, ex intervallo quandoq; ante ſententiam, confeſsionem corrigere poſſunt, probato primo errore & reddita ratione, l. de ætate §. ex cauſa, & §. ult. D. de interrog. act. Bart. in l. non fatetur D. de confeſſ. & l. de Tutela C. de in integ. reſt. c. ult. de jurejur. in 6. *Secus in teſte*, qui præſumitur ſubornatus, & dolo litigantis inductus, ſed ſuo teſtimonio, ſi quid omiſerit, addere poteſt, ſed ſi ante litigantem adierit, diminuitur fides not. in § quia vero in auth. de teſt. & d. c. præterea, ubi Ioan Andr. Teſtes autem ſeorſum & ſigillatim interrogandi ſunt, non ſimul, ne mendacio via aperiatur,

tur, Speculator in §.1. verſ. Item quod fuerunt. Tit. de teſt. Quod ſi in eodem elogio, ſeu inquiſitione unus affirmet, alii negent: illius dictum non obeſt aliorum teſtimonio, quia vox unius contra plures non auditur, in c. veniens de teſt. Niſi ſit teſtis in inſtrumento. Nam totam rem dubiam efficit, l. 1. in fin. D. quemad. teſtamen. aperiantur. Sed ſi ſinguli varia & diverſa proferant, nulli horum credendum eſt, quia ſingulares teſtes dicuntur, quorum teſtimonium jure improbatur. Teſtes autem de qualitate perſonarum, ætate, dignitate, ſcientia, de anno, menſe, die, & hora nonnunquam interrogandi ſunt.

Sed quæritur: An in omnibus actibus cauſæ hoc genere probationis utamur? Equidem regula eſt juris, communi pragmaticorum uſu recepta. Ante litis conteſtationem, teſtes non admittuntur, cum nullus adhuc cauſæ ſtatus inveniatur, fortaſſe .n. reus liti mallet cedere, quàm ultra contendere, Bart. in l. ſi quando C. de teſtib. &c. quoniam frequenter in princip. ut lit. non conteſt. Sed hæc regula plures patitur exceptiones: prima eſt in teſtificatione teſtium, ſenio aut morbo cauſariorum (quos *ἐξομνύειν*, ſeu jurejurando excuſare, quod Græciſſantes Galli *exomnier* dicunt, facile eſt) anticipata, quæ ſæpè fit ante litem inſtitutam, diplomatica venia, fidem obtinet inquiſitiones factæ judicio jam conſtituto in formam conjecturæ duntaxat, quod attinet ad eos teſtes, qui iterum interrogari nequeunt: teſtimonia repræſentata, Galli vocant, (*examen à futur,*) Budæus in Forenſibus l. in lege Aquilia ad l. Aquil. l. 3. cum ſeq. D. de donat. cauſ. mort. & l. 3. §. duæ autem D. de Carbon. Edict. & d. c. quoniam frequenter §. ſed ſi actor. Deinde cùm ad perpetuam rei memoriam teſtes producuntur, non eſt neceſſaria litis conteſtatio.

teſtatio. Geſta (inquit Imperator) quæ ſunt in publica monumenta tranſlata, habere volumus perpetuam firmitatem, & §. & hæc omnia in auth. de teſt. auth. ſed & ſi quis C. eod. c. ſignificavit, extra. eod. & l. ult. C. de re jud. & l. 1. §. rectè D. de uſuf. quemad. & l. ſi quis domum D. locat. Item, cùm accuſationem criminis, contra abſentem reum, perſequimur, c. quoniam frequenter §. ſunt & alii. Deindè ſi actor ſit contumax, reus etiam ſi lis conteſtata non ſit, teſtes exhibere poteſt, quia actor agit cum vult, reus verò non, auth. qui ſemel C. quando jud. Item, cum electio vel matrimonium in dubium revocatur, ne periculum ſit in mora, ante litis conteſtationem teſtes audiri poſſunt, d. c. quoniam frequenter §. porrò. Deinde in Actione finium regundorum, l. 3. C. finium regundo. Præterea cùm judicis, vel magiſtratus officio quid definiendum eſt, veluti, ſi de in integrum reſtiſtutione diſputatur, l. in cauſæ 1. §. cauſa autem D. de minor. l. 1. & auth. ſi omnes C. ſi minor ab hæred. ſe abſtinui. l. ult. §. illud C. de tempor. appell. Item, in cauſis appellationum. Deinde in exceptionibus dilatoriis, c. 1. de litis conteſt. in 6. l. 1. & l. ſi ſe non obtulit, §. condemnatum D. de re jud. Item, cùm libello, & cauſæ cognitione opus non eſt, ſed ex ſcripto ſolenni quæſtio naſcitur, c. pecu. in D. nunc tractamus in Tit. de teſte. Vide plura apud Oldendorpium & Lanfrancum ab Adriadno, Tyndarum Aufrerium, Barbatiam & Bartolum de ſaxo ferrato.

Sciendum eſt, hoc juris axioma eſſe. Poſt editam inquiſitionem, quæ à Gallis vocatur *publication d enqueſte*, ex Budæo, in ſuis forenſib. Alii teſtes audiendi non ſunt, ne litigantes fidem teſtiũ attentent, hiſq; præſcribant, quid dicturi ſunt. Vulgus ait, id

fieri

fieri ad vitandam ſubornationem, c. fraternitatis extr. de teſt. & § quia verò multi. in auth. de teſtib. col. 1. Præterea ſi litigans teſtium productioni renunciaverit, Bart. in auth. jubemus C. de jud. & c. cum veniſſet de teſtib. vel ſi ſit concluſum in cauſa, Speculator in §. ſatis utiliter de teſt. Verùm in cauſis appellationum poſt editionem ſeu publicationem, alii teſtes audiri poſſunt, c. cùm Ioannes de fide inſtr. l. eos §. ſi quid C. de appellat. vel ſi teſtes tanquam falſos elevare & refellere velit litigator, c. ſicut, & ſeries de teſt. Deindè poſt editionem reprobatorii teſtes admittuntur, c. licet dilectus de teſtib. Plures alias exceptiones recenſet Oldendorpius, quas lubens prætereo. Nec tamdiu in hac teſtium materia inhæſiſſem, niſi utilitas, quam ex ea diſputatione percepturi ſunt juris ſtudioſi, ad id compuliſſet. Etenim noſtri tantùm erat inſtituti, docere argumentum ab authoritate teſtium frequentiſſimum eſſe in cauſis Forenſibus diffiniendis, in quorum teſtimoniis perquirendis, judiciis prudentia, integritas & diligentia maximè deſiderantur. Plures ſunt, qui de teſtibus libros ſcripſere, ut Bartholus, Franciſcus Curtius, Albericus de Roſate, Nellus à ſancto Geminiano, Oldendorpius Germanus, Lanfrancus ab Ariadno, Tyndarus Aufrerius Tholoſanus præſes, Barbatias & alii innumeri.

## *Locus ab authoritate inſtrumentorum.* *Cap. 17.*

SCIENDVM EST, duo eſſe quæſtionum genera: quædam enim ſunt juris, quæ legibus, ſenatusconſultis, plebiſcitis, magiſtratuum edictis, principum placitis, reſponſis prudentum, & legibus municipalibus definiuntur, de quibus interrogati juriſconſulti reſpondent, l. eum quem temere D.

re D. de iud. l. 3 §. tu magis, D. de teſtib. & l. 1. C. de edem. & l. Arethuſa D. de ſtat. hom. cuiuſmodi ſunt argumenta quæ rhetores ἔντεχνα ſeu artificialia vocant. Aliæ ſunt facti, quæ à iuriſconſultis non deciduntur, cùm facti interpretatio plerunque, etiam prudentiſsimos fallat, l. 2. D de iur. & fact. ignor. Hæ enim tanquam ἄτεχνοι ſeu inartificiales, vel authoritate, & fide teſtium: vel inſtrumentorum dirimuntur. Et quia ſatis ſuperque de teſtium fide diſſeruimus, ſupereſt, vt de inſtrumentorum authoritate diſputemus.

Inſtrumenta autem dicuntur ab inſtruendo, quòd cauſam inſtruant, & hac notatione vocabuli etiam teſtes inſtrumenta vocantur. Idque propriè, vt teſtes ſunt Ioannes Andr. Butr. & Io. de Imol. In rub. de fide inſtrum. in antiq. At propriè inſtrumentorum appellatione chartæ continentur, in quibus negotia contrahentium deſcripta ſunt, & à Tabellionibus, ſeu Notarijs recepta: ἀπογραφὰς à Græcis appellari Budæus in comment. autor eſt. Vnde & Iudices chartularij dicuntur, gloſ. in l. notionem §. inſtrumentorum D. de verb. ſignif. Inſtrumentorum autem, quædam ſunt publica, quædam priuata. De publicis priùs diſputandum eſt. Inſtrumenta publica, ſunt ſolennes ſcripturæ, quæ authenticæ, & publicæ perſonæ manu deſcribuntur, ad perpetuam rei memoriam. Hæc perſona publica, Notarius vocatur, Bart. in l. 3. fraudum §. ſed neq; D. de iur. fiſc. Speculator in §. nunc dicendum de fide inſtr. ſeu Tabellio: Dicuntur autem publica, & authentica, quoniam fidem faciunt publicam, etiam ſi notarius, & teſtes in his comprehenſi, è vita diſceſſerint, c. 2. de fide inſtr. gloſ. in l. 2. in principio D. quemadm. teſtam. aper. Quòd ſi dubitetur: An notarius inſtrumentum confecerit, vel

ſcripſerit? Notarius in teſtimonium adduci poteſt, eiq́; teſtanti ſtandum erit. l. ſi quis decurio, C. ad l. Cornel. de falſ. Quod ſit inſtrumentum in longiſsimis regionibus, & exteris conſcriptum ſit, ita vt, de notario dubitetur: in ambiguis pro inſtrumento iudicandum eſt, Azo in ſumma ſua de fide inſtrument. modò nullum vitium in eo inſtrumento appareat, nec ab homine ſuſpecto producatur. Notarius autem ex eo præſumitur, ſi inter plures inſtrumenta conſcripſerit, quibus fides eſt adhibita, ut docet ſpeculator, in §. reſtat. in Tit. de inſtr. editio. Id enim efficit, ut pro Notario habeatur. Error autem communis facit jus, & veritati præfertur, l. Barbarius Philippus D. de offic. Prætor Alexander in in conſ. 138. in 7, & 8. col. in 1. par. & in conſ. 80. in 1. col. in 2. part. In inſtrumentis publicis jure civili, & Pontificio plura requiruntur. Imprimis dies, quo celebratus eſt contractus, locus, & nomen principis vel imperatoris, & quæ lege municipali, vel regia conſtitutione deſiderantur Bart. in proœmio Digeſt. Barbatias conſil. 15. in 1. col. Moribus Gallorum in Contractibus authenticis & ſententiis inſeritur nomen illius, qui præfectus eſt provinciæ, at in Senatuſconſultis Regis Galliarum nomen præcedere ſolet, idq́; deſumptum eſt ex jure Romanorum, in auth ut præponatur nomen Imperat. & ibi Angel. Deindè ſignum Notarii, & Bart. in proœmio Digeſt. Ang. in auth. de tab. Speculator, in Tit. de fide inſtrument. in §. Iure Romanorum. Hæc verba erant inſtar præludiorum inſtrumentis: In nomine domini Ieſu Chriſti. Quæ Baldus exiſtimat eſſe de ſubſtantia contractus, Bald. in l. 1. C. de nouo C. compo. Hæc in repub. Chriſtiana in omnibus noſtris actionibus obſeruari deberent. Nam ex Marco Tullio: à Dijs immortalibus

agendi

agendi capienda ſunt primordia. Idem Plato lib. 6. de legib. & in Parmenide & Alcib & in Thea. & Euthy. Deinde omnium rerum magnarum, à Dijs immortalibus principia ducuntur, hinc Vergilius in Palæmone.

*Ab Ioue principium.*

Aratum ſecutus, qui Phænomena, quæ Cicero latinis verſibus reddidit, hoc modo exorditur,

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα.

Deinde vltra ſignum Notariorum, & contrahentium ſigna, Regia conſtitutione deſiderantur, quibus omiſsis nullum eſſe contractum eadem conſtitutione ſancitum eſt Et ſi Lutiæ non obſeruetur, id que ex priuilegio teſtantur ipſi notarij Pariſienſes. Verum S.C. pariſienſi hodie abrogatum eſt Iure Romanorum in inſtrumentis, ſeu contractibus neceſſaria erat indictio, qua omiſſa nullum erat inſtrumentum, Bart. in l. 1. §. ſuſtinere D. de vulg. & pup. & in d. auth. vt præponat nom Felyn. in c. inter dictos col. 7. in verb. indictionis de fide inſt. Indictio autem erat apud Romanos computatio dierum, ſcilicet annorum quindecim, quibus triperitis per luſtra, id eſt, per quinquennia Imperatori, aurū, argentum, & ferrum ſoluebantur gloſ. in Tit. C. de conſt. & in rub. C. de indict. lib. 10, Speculator in tit. de inſtrum. editio in §. 1. verſ. poſt annos, Apud Græcos verò, tempora computabantur per quadriennia, quod ſpatium appellatur Olympias, dicta ex eo, quod ad Olympum montem ſpectaculum fiebat quarto quoq; anno: ſic enim Herculis filius ludum inſtaurauit, qui ab Hercule quo libet anno exercebatur ad Olympum, vt docet Soli. poſt princip. & diffuſiſsimè interpretes Pindari in Prolegomenis Olympiorum. Verum indictio falſa inſeritur, vt ſi prima, ſecunda Bart.

 exiſtimat.

exiſtimat. inſtrumentum non ideo corumpi. Bart. in l. nominatim D. de condit. & demonſt. & Bal. ibi & in l. 1. §. ſuſtinere D. de vulgar. & pupill. At Ioan. Andr. corrumpi iudicat Dy. conſ. 48. & conſ. 14. & conſ. 13. Alex. de Imo. Conſ. c. 23. & conſ. 66. in 1. col, in 1. parte.

Quod autem diximus inſtrumenta puplica publicam, & perfectam fidem facere, ideoque authentica vocari: id ad exemplaria referendum non eſt, & ſi publica inſtrumenta ſint. Etenim publicorum inſtrumentorum, alia ſunt authentica, & originalia, alia exempla. Inſtrumenta authentica plenam fidem faciunt à notatione vocabuli, Innocentius 3. c. 1. extr. de fide inſtrum. inſtrumenta originalia propriè dicuntur, primæ ſcripturæ notariorum. ſcilicet matrices, protocola, vel imbreuiaturæ, Bart. in l. publicati in penult. quæſt. C. de teſtib. At καταχρηστικῶς & impropriè ſcripturæ omnes quæ ex matrice extrahuntur, & transſcribuntur à notarijs rogatis à contrahentibus originalia dicuntur, & hæc originalia, etiam fidem plenam faciunt, & authentica dici poſſunt, d. c. 1. de fide inſtrument. At exempla regulariter fidem non faciunt, quæ ſic componi ſolent, d. l. quicunque & Speculator in Tit. de fide inſtrum. Habebam inſtrumentum authenticum, vel originale manu Notarij conſcriptum. Tu Notarium petis, qui ex eo inſtrumento aliud transſcribit, & (vt Galli ajunt) *Il en faict vne copie.* Tale exemplar, ſeu exemplum tantum abeſt, ut fidem faciat, quin falſi ſuſpitione non caret. Verum ſi tale exemplar. Notarius conſcripſerit à contrahentibus rogatus, fidem faciet, §. nos autem in auth. de tabellioni, nec ſufficit, vnum ex contrahentibus interueniſſe §. nos autem in auth. de tabel.

*Præ-*

Præterea exemplum, eandem vim & authorita-
tem obtinet, quam originale, ſi mandato iudicis,
quod à pragmaticis compulſorium vocatur, liti-
gans petierit, aduerſario legitimè vocato exemplum
à Notario publicari, Imbertus in fine inſtit. Forenſi.
In qua publicatione primùm requiritur diploma
regium in forma compulſorij (vt loquuntur) vel
mandatum iudicis, litigatore id poſtulante. Nam
iudex nemini, niſi petenti officium ſuum imperti-
re debet, l. 4. § hoc autem D. de damn. infect.
Deinde in ius vocatur reus, vt publicationi interſit,
ſi domicilium habeat, ſed ſi nullum habeat domici-
lium, nec inueniri poſsit, præconio citatur, Gal-
licè: *adiourne à ſon de trompe, & cry plubliq*, in
auth. ſi omnes C. ſi ſe ab hæred. abſti. His autem
verbis Notarius vtitur: ego Titius originali inſtru-
mento, præſentibus litigantib. in vim mandati, &
compulſorij diligenter viſo, & intellecto, hoc præ-
ſens exemplar extraxi, & quia in omnib. originali
conſentaneum inueni, ideo meum ſignum appoſui,
ſicut & alij duo Notarij. Hoc autem à iudice per-
ſpecto, pronunciabit tantam fidem hoc exemplar
habiturum, quantam originale: hæc forma præ-
ſcripta eſt ab Alber. & cæte. Doctor. in l. quicunque
D. de fid. inſt. & auth. ſi quis in aliquo C. de edend.
Bartol. Socy. in conſ. 231. Quod ſi quis exemplum
falſi arguere velit, poteſt petere, vt originale in
medium deducatur, ſi fieri poſsit Bald. in d. auth.
ſi quis in aliquo. Item, quando idem Notarius &
originale, & exemplum conſcripſit: tunc huic ex-
emplo eadem fides adhibetur, quæ originali. Cùm
idem Notarius de eadem re plura inſtrumenta con-
ficere poſsit, l. vnam. D. te teſt. Feli. in c. vlt. extr.
de fide inſt. Quòd ſi diuerſa ſint origiualia, & ex-
empla; in dubio ad originalia recurrendum, vt do-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0087-4

cet Bart. in l. Sempronius Proculo D. de leg. 2. Ang. in l. publicati. C. de teſtib. gloſ. in §. penult. in auth. de tabel. Quæ quidem originalia, ſeu primæ ſcripturæ penes Notarium reſidere debent appellant imbreviaturas quidam, alii vocabulo à Græcis petito ſchedas, unde diminutivum *ſcheaule* Galli efformarunt, nonnulli notas Quod ſi dicat, & jure ſe amiſiſſe, quæſtionibus & aculeis ſubjici poteſt, quia falſum præſumitur, Bartol. Soci. in conſ. 199. in princ. in 2. part. Præterea ſi adverſarius meus exemplum producat, quo intenſionem ſuam probet, plenam fidem contra eum faciet, l. in fraudem §. neq; D. de jur. fiſc. & ibi Bart Deinde ſi exemplum ſit manu utriuſq; litigantis ſubſignatum, vel conſentiente utroq; ſcriptum ſit. Ioannes de Imola, in c. 1. de fide inſtrum. Bart. & Bald in auth. ſi quis in aliquo C. de edendo. Verùm tertio præjudicium adferre non poteſt. Ex regula vulgata: Res inter alios acta, aliis neq; nocet, neq; prodeſt. Inſuper caveat Notarius, ne exemplum inſtrumenti aliis, quàm contrahentibus porrigat. Angel. tamen contendit, ſi tertius juraret ſua intereſſe exemplum illius inſtrumenti habere, Notarius ei deſcribens non erraret, Angel. in l. prætor. §. 1. D. de edendo. gloſ. in l. ſi quis ex argentariis, §. pertinere D. de edendo Sciendum eſt, protocollo amiſſo inſtrumentum ex eo eductum, nihilominus fidem facere, Fel. in c. cum l. Tab. de fide inſtr. & c. paſtoralis, extr. de jud. Notarius autem poſtquàm contrahentibus inſtrumentum eductum è libro ſuo reddidit, illam imbreviaturam in libro conſcriptam (ut ajunt) cancellare non debet, ſi ſit contractus qui ad perpetuam rei memoriam celebratus ſit, quiq; reficiendus ſit, ut inſtrumentum emptionis & venditionis, quod ſi vetuſtiſſimum eſſet, poſſet refici & renovari, c. ult. de fide inſtrum.

ſtrum. Secus ſi ſit inſtrumentum, quod reficiendum non ſit, veluti debiti: tunc enim (ut ajunt) protocollum cancellare poteſt in libro ſuo, ſed non omnino delere, quin adhuc appareat debitum fuiſſe, Bald. in Tit. C. de fide inſtrum. Verùm voluntate & conſenſu partium cancellari poteſt Iohan. And in additioni ad Speculat. Tit de inſtrum. edit. §. oſtenſo. Notandum eſt, ſi unus ex contrahentibus inſtrumentum amiſerit, & aliud á Notario petierit non debere aliud tradere, niſi vocata parte, Bart. in l. ult. *D*. de tabul. exhibend. & Bald. in l. final. C. de edendo Bart. Socin. conſ. 94. cujus intereſt. Quod ſi Notarius imperfectum inſtrumentum parti reſtituit, ad id quod intereſt tenebitur, in l. ult. C. de *magiſtrat.* conveni. Bart. in d. l. ul. Imò ſi ſolennia, quæ in inſtrumento deſiderantur, omiſerit, ut reus falſi accuſari poteſt, nec audiendus ſi errorem probare velit: ut docet imperator, in l. jubemus, C. de teſtam. Verum enim vero inter noſtros ſumma diſſenſione certatur. An Notarii errorem ſuum corrigere poſſint? Reſolutio eſt, aut lis inter contrahentes circa errorem mota eſt, vel nulla lis ſubeſt: priore caſu, Notarius errorem ſuum, etiam vocata parte corrigere & emendare non poteſt, niſi mandatum judicis interceſſerit. Baldus in rub. Cod. de fine Inſtit. Quod intellige, modo inſtrumentum falſi non arguatur. tunc enim, nec citata parte, nec juſſu judicis Notarius errorem ſuum corrigere poteſt. Nam eo caſu, ob falſum Notarius officio ſuo privandus eſt, Bald. & alii doct. in dict. rub. de fide inſtrum. Verum, ſi nulla circa errorem controverſia orta ſit, judicis mandato Notarius compelli poteſt, ut errorem ſuũ corrigat. Notarius autem per ſe errorem, qui verſatur circa ea, quæ ſunt ſui officii, utpote in anno, die in indictione, in nominib. teſtium, ſive inſtrum. jam

reddiderit parti, ſive non, corrigere poteſt. Bart. in l. ſi librarius D. de reg. jur. Bald. in d. rubric. de fide inſtr. Feli. in c. ex literis de fide inſtr. Alex. imol. conſ. 27. in ult. col. in 3. parte, & in conſ. 52. in 1. parte Bart. in l. Barbar. D. de offic. Prætor. Quod ſi circa ſubſtantiam contractus erravit, tunc corrigere non poteſt, niſi parte legitime vocata. Alia quæſtio eſt de verbo, & cætera, quo ſæpiſsimè Notarii utuntur, quomodo extendi debeat. Hæc quæſtio tractatur à Franc. Aret. in l. eandem de duob. reis & not. in l. ſi quis in aliquo C. de edendo. Sciendum eſt, id extendere poſſe Notarium ad ea, quæ ſunt ſtyli & conſuetudinis, id eſt, quæ in inſtrumentis inſeri ſoleant, ſed non ad ſubſtantiam negotii: unde cùm inſtrumentum depromitur ex imbreviatura, non poteſt de ſubſtantialibus quid immutare vel addere, ſed id tantùm deſcribere, quod in imbreviatura ſcriptum eſt, nec latiùs extendere. Bald in dict. rub. C. de fide inſtr. & Bart. in l. Gallus D. de lib. & poſt. Præterea in contractibus verba enunciativa non probant, niſi ea, quæ eodem momento, quo contractus celebrantur, perfici ſolent. Itaq; ſi hæc verba inſerantur in contractu emptionis: Titius nobilis, & judex hujus urbis vendidit, Ex his non ideò inferri poteſt, hunc nobilem & judicem eſſe, Bart. in l. 1. C. de fide inſtrum. & l. ſciendum D. de verb. oblig. Deindè ſciendum eſt, ſi unus ex litigatoribus contendat, rem controverſam ſuam eſſe, ut conſtat ex inſtrumento emptionis, Cogi poſſe, non ſolùm jure civili, ſed & conſtitutione Caroli noni Regis Gallorum, ut exhibeat, Doctores in l. edita C. de edendo Alexander de Imol. in conſil. 10 6. in 5. col. in 1. parte. Inſtrumenta autem produci poſſunt, etiam poſt tempus præfixum rebus integris, modò jus adverſarii deterius

factum

factum non ſit. Deindè ſi peremptorium non adjecerit judex, ut decem dies pro omni dilatione, poſt illud tempus elapſum, non audietur, ſi inſtrumentum producere velit, l. mancipium D. de optio. leg. Ioannes And. in Clem. ſæpè. D de verb ſignif Iac. de Aret. & Cyn. in l. ſi ea C. qui accuſ. non poſſ. Ang. in l. 1. §. edenda D. de edendo.

Sed quæret aliquis: An inſtrumenta teſtium authoritate refelli & refutari poſsint? In hac quæſtione noſtri ſic diſtinguendum putant, & eſt communis & recepta opinio. Doctores & Barto. Soci. in conſ. 94. incip. præſtantiſsimi in 2. parte Alexa. in conſ. 1. 47. in fin. in 2. part. Aut unus teſtis inſtrumento adverſatur aut plures: ſi unus, videndum eſt an ſit inſtrumentarius teſtis, an extra inſtrumentum: ſi inſtrumentarius & ſupernumerarius, utpote in venditione requiruntur notarius, & duo teſtes, tres interfuerunt: unus itaq; ſupernumerarius hic, ſi inſtrumento repugnet, non ob id inſtrumentum reprobatur, ſed ſi eſſet numerarius teſtis, inſtrumentum ſuſpectum redderetur adeò, ut fidem non faceret, l. 1. § ult. D. quemadmodum teſtam. aper. Quòd ſi ſit teſtis extra inſtrumentum, qui inſtrumento adverſetur, ejus teſtimonio non improbatur inſtrumentum, ut docet Ioan. Cal. quem ſequitur Ioannes de Imola. in c. cum Io. hæremita: de fide inſtrum. & ibi Feli. Quod ſi ſint plures teſtes repugnantes inſtrumento, & ſint inſtrumentarii, non ſupra numerum teſtium, qui in inſtrumento deſiderantur: non ideo inſtrumentum confutatur. Secus ſi ſint numerarii, id eſt, qui in tali inſtrumento neceſſario requirebantur. Hi inſtrumentum improbant, ut ſi aſſerant, ſe non adfuiſſe inſtrumento, niſi aliis teſtibus contrarium probaretur, vel teſtes faterentur, quidem, ſe contractui interfuiſſe, ſed

complura in contractu appoſita reperiri, de quibus actum non fuit, & tunc duobus teſtibus inſtrumentum reprobatur, l.1, in fin. D. quemadmod. teſt aper. & §. ſi verò tale quid in auth. de inſtrum. cautel. Etiam ſi de codicillis, & teſtamentis ageretur, quia ſi duos teſtes numerarij aduerſantur his, quæ in Codicillis, vel teſtamentis adiecta ſunt, ſuperſunt tãtum in codicillis tres, & in teſtamentis quinque: At iure communi nullum eſt teſtamentum, niſi ſeptem teſt, interuenerint nulli Codicilli, in quibus quinq, non reperiantur, vide Bartol. in l.1. §.1. D. quemadmod. teſtamenta. aper, Ioannes de Imol. in d. c. cùm Ioannes hæremita. Item, notandum eſt, ſi dicant teſtes ſe non meminiſſe eorum, quæ in contractu continentur, non ob id inſtrumentum improbari, Bartol. in d. l. 1. §. 1. & Ioannes de Imol. in c. cùm Ioannes. Verùm duo teſtes extra inſtrumentum hoc deſtruunt, ſi ſint omni exceptione maiores, nec teſtes inſtrumentarij viua voce hoc inſtrumentum confirmant, Bartolom. Soci. in conſ. 27. q. in principi. in cauſa, Baldus, in leg. in exercendis C. de fide. inſtrum. exiſtimat, in hac quæſtione iudicem debere diligenter attendere. An notarius ſit vir bonus, teſtes quoque inſtrumentarij. An propter lituram, vel quid aliud ſuſpectum ſit falſi inſtrumentum. Deinde an teſtes qui inſtrumentum conantur euerteresint omni exceptione maiores, Bart. in. l.1.§. ſi dubitetur D. de iudic. Præterea ſi notarius, & teſtes fixo pede inſtrumentum tueantur, & tres teſtes inſtrumentum falſum eſſe aſſerant, non audiuntur: quia & in tabulis inſtrumentorum duo teſtes vnà cum Notario, qui tertius eſt s adhiberi ſolent. Itaq; niſi quatuor ſaltem, aut quinq; teſtes omni exceptione maiores atteſtẽtur falſum inſtumentum, ſtabitur inſtrumento, l. Domitius in-

inſtrumento,& l.Labeo.D.de teſtam. & l. cum precibus C.de probat.& c.cum Ioa.de fide inſtum.Inſu per cùm de crimine falſi principaliter, nec agendo, nec excipiendo agitur,ſed ad probationem alicuius rei inſtrumentum ab actore producitur,& ad euerſionem teſtes à reo adduncuntur: nulla tunc regula conſtitui poteſt, ſed qualitas cauſæ attendi debet, qua iudex dignoſcere poterit, quid in hac quæſtione ſequendum ſit. Nam quædam melius probantur teſtib.vt adulterium,conſanguinitas,affinitas: Alia melius & commodius inſtrumentis, veluti acta iucorũ,res antiquitus geſtæ,l.3.§.1.D.de carb.edict. & l. in cauſæ cognitione D.de damno.infecto Etenim ſolet teſtium fides ex tempotis diuturnitate imminui. Cæterùm ſunt quædam ſcripturæ, quæ teſtib. euerti non poſſunt, vt monumenta publica, libri ciuitatum, & cætera huiusmodi, l. cenſus D. de probat. & l. vlt. C. arbit tutel. gloſ. in c, vlt. de cenſu. Quod autem ait Imperator: in exercendis litibus,eandem vim obtinere teſtes inſtrumenta et hoc ita intelligendum eſt: ad iuſtam probationem alterutrum ſufficere, modò abſit ſuſpitio, & qualitas negotij patiatur, vt ſupra dictum eſt. Quòd ſi diuerſæ, ac pugnantes ſcripturæ ab eodem adducantur, nulli ſtandum eſt, l. ſcripturæ de fide inſt.Sciendum eſt, ſi ſit aliqua falſitas in inſtrumento, veluti, ſi ſit litura, vel aliud vicium circa ſubſtantialia contractus, vt pote circa indictionem, vel annum, vel rem venditam & precium: tunc inſtrumentum omnio faſum iudicari, vt docet Bald. in l. ſi ex falſis de tranſact. C. &. ibi Iaſ. & Alexander, Salicetus & Franciſcus Aret. & Fel. in c. fraternitatis de hæret Alexander de Imola in conſ. 43.in 4.parte Secùs ſi litura non ſit in loco ſuſpecto. Verum ſi in contractu ſint plura capita, vno deſtructo alia non corruunt, ſi ſint

ſeparata

ſeparata & diſtincta, in d. c. fraternitatis & Bald. in l. ſi ex falſis C. de tranſact. ut ſi in teſtamento plura legata continerentur, & unum à teſtatore deletum & cancellatum ſit, Bart. in l. proximè in fin. D de his quæ in teſt. delent. Præterea ſciendum eſt, crimen inſtrumentis non probari, Alexand. de Imola. in l. Prætor de edend. Fel. in c. cum in eccleſiis. de major. & obedien. & c. 1. de except. niſi in ipſo contractu delictum à contrahentibus committatur: ut puta, ſi quis rem duobus vendiderit, vel rem ſubjectam pignori puré & ſimpliciter vendiderit, in crimen ſtellionatus incurrit, l. qui duobus D. ad l. Cor. de falſ. & l. 1. de crim. ſtel. Item. ſi quis ſibi aliquid in teſtamento adſcribat, ut docet Iuriſconſultus in l. 1. de his qui ſibi in teſta. adſcripſ. Poſtremò cum id probari poteſt, quod incidenter ob delictum venit, gloſ. in l. contra negantem C. ad l. Aquil. Hic autem noſtri diſputant ſi unus ex litigantibus inſtrumentum produxerit, quod alius falſi arguere velit, & is qui produxit, contendat ſe nolle uti hoc inſtrumento; ob illam proteſtationem non incurret in pœnam falſi, in l. ſi adverſarius C. de fide inſtrumento. Verùm ſi poſt proteſtationem hoc inſtrumento uti velit, non eſt audiendus, Bald. in d. l. ſi adverſarius. & Bart. in l. eos C. ad l. Cornel. de falſ. Vnde in praxi hæc eſt cauſa, ut ſi tuus adverſarius inſtrumentum producat, debes à judice petere, ut is declaret coram eo, an hoc inſtrumento uti velit. Nam ſi dixerit ſe velle uti non amplius reſilire poteſt, imò in pœnam falſi incurrit, quam evitare non poteſt, ut docet Baldus in d. l. ſi adverſarius & Bartolus in d. l. eos. Cæterùm inter inſtrumenta publica connumerantur ſcripturæ, quæ ex archivo publico educuntur, quibus ſubſcripſit officialis deputatus, utpote ratiocinator, ſeu



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0094-6

λογιστὴς quiſpiam, licet non ſit Notarius, auth. ad hæc C. de fide inſtrumen. & ibi. Bald. & Bart. in auth. ſi quis C. qui potio. in pign. hab & gloſ. in c. cum cauſam. de fide inſtr. Deinde acta quæ á Gallis vocantur, *regiſtres*, publica & authentica dicuntur, modò ab actuario deſcribantur. Innoc. in c. 1. de procurat. & Bald. in auth. ſi quis in aliquo C. de edendo. Poſtremò ſcriptura privata, ut chirographum, ſtatim atq; coram judice pro tribunali ſedente agnita eſt, publicum inſtrumentum efficitur, l. ne in arbitris C. de arbit. in prin ip. ubi Bald. Sed de publico inſtrumento hactenus. Nunc de privato diſputandum eſt.

Scriptura privata triplex eſt, apodexa, liber rationum vel epiſtola. Primum ſcilicet apodexa, quæ chirographum dicitur & corrupto vocabulo á verbo Græco ἀποδέχομαι, hoc eſt, recipio derivatur: perfectam ſuis numeris probationem inducit, ſi modò eam debitor in judicio ſuò manu ſcriptam, & in ea comprehenſa agnoverit. Quòd ſi & ſcripturam, & quæ in ea continentur improbet, ſi illa trium teſtium ſigna continet, vel ſi tres teſtes, aut duo aſſerant, ſe interfuiſſe cum debitor talem ſcripturam confecit, eiq, ſigillum ſuum appoſuit, in auth. ſi quis C. qui potior in pignor. habe. & in auth. & ſi contract. C. de fide inſtrument. fidem faciet. Item, ſi privata ſcriptura ſolam teſtium ſubſcriptionem contineat, & tres ſint numero, ſemiplenam probationem faciet, cum literarum comparatione, auth. & ſi contract. C. de fide inſt. Quòd ſi ſcriptura privata, nec manu debitoris, nec teſtium obſignata ſit, nec teſtes interfuerint: tunc ex ea ſcriptura nulla probatio naſci poteſt, ſed tale, quale judicium, Bald. in l. nuda D. de do. & l. admonendi D. de jurejur. ubi Iaſ. Sed in hac diſputatione Bald. Bart reprehenduit,

hendit, quod exiſtimaverit privatam ſcripturam plenam fidem facere, ſi modò & debitoris, & teſtium ſigna intervenerint. Nam & comparatio literarum deſideratur (ait Bald.) Verùm moribus Gallorum judicarem requiri, ut debitor in judicio ſcripturam agnoſcat, vel contra eum eremodicium contrahatur. Item, & teſtes ſubſcriptiones ſuas, quòd ſi è vita diſceſſerint, ad literarum comparationem recurrendum eſt, Bald, in auth. ſed novo jure C. ſi cert. pet. Bart. In de auth. ſi quis C qui potior in pignor Soci. conſil. 33. & conſil. 41. In ſcriptura privata deſideratur annus, dies, & menſis Bart. Soci. conſ. 113. incip. proſequendo.

Deindè in chirographo requiritur cauſa, unde pragmatici ajũt, *toutes cedules doivent eſtre encauſees*, alias nulla eſt confeſsio in chirographo contenta. l. inſtrumenta C. de probatio, & l. cum de indebito §. penult. D. de probat. Vt de chirographum ita conceptum nullius eſſe momenti: Titius confitetur ſe debere centum ducatos Mevio quos promittit ſe ſoluturum cum volet, hæc confeſsio nihil operatur. Nam hæc verba adjicienda erant, debere centum aureos mutuos. cauſa enim eſt mutuum vel emptio, donatio, vel alia legitima cauſa. Vnde Imperator docet, privatam ſcripturam cum cauſa vim probationis habere, ſi de ea conſtet. Verùm ſi publica & authentica ſcriptura concurrat, privatam vincit, niſi tribus teſtibus ſubſignata ſit & agnita, l. ſcripturas C. qui potiores in pignore habeãtur Baldus Iacobus But. & doct. in l. inſtrumenta, & l. exempto C. de probat. unde Accurſius refert hoc carmen:

*Cautio privata, tam trino teſte notata,*
*Hoc jus eſt nacta, quod cautio publicè facta.*

Hæc chirographa, etiam idiochira á Græcis vocantur, Leo Imperator in d. l. ſcripturas quaſi dicas

manum

manum propriam ut manus pro ſcriptura ſumatur ut Gallorum mos invaluit. Quorum jure privata ſcriptura agnita ſtatim fidem facit, & publico inſtrumento comparatur, quod ſi vocatus in jus eremodicium contrahat, pro recognita ſcriptura habetur, ut regia conſtitutione cavetur. Si veró negetur, literarum comparatione uti ſolemus. Hæc de Chirographo, nunc de libro rationum diſſerendum eſt.

Rationum libri, ſi à debitore conſcripti ſint contra eum fidem faciunt: Eum autem non juvant, quia contra alios non probant, gloſ. in l. quædam §. nummularios D. de eden. in l. exemplo, & l. rationes C. de probat. & d. l. cùm de in debito. §. ult. Hæc regula locum non habet in his quæ ex mera voluntate ſcribentis dependent, tunc enim etiam pro ſcribente fidem faciunt. Exempli gratia, proteſtatio, quæ à ſola voluntate proteſtantis pendent, pro eo probat l. Neſennius D. de negot. geſt. Quod ſi in libro rationum caput aliquod reperiatur, quod pro ſcribente & contra ſcribentem quid probet, adverſarius non poteſt hoc caput individuum pro parte admittere, & pro parte repudiare ac refellere, Angel. in l. quidam §. nummularios D. de edendo, gloſ. in l. publia in fi D. depoſ, & l. ſi quidem D. de except. Verùm ſi liber rationum, nec à creditore, nec à mercatore conſcriptus ſit, quicquid ſit dubitatur, tunc ad literarum comparationem recurrendum eſt, & eo caſu literarum comparatio plenam fidem facit in libro rationum, licet in apodexa tantùm ſemiplenam probationem inducat, i. comparationes C. de fide inſt. Ratio diverſitatis hæc eſt, qui apodexam facit ſibi imputet, ſi ſolennitatem teſtium à jure introductam non obſervaverit, cùm facilè tres teſtes invenire poſſet, qui ſubſcriberent, d l. ſcripturas. Secùs in libro rationum, nam non ſemper

teſtes

teſtes adſunt, qui uni rationum capiti ſubſcribant. Quod verum eſt, cum incertum eſt quis talem librum ſcripſerit, quod ſi conſtet librum eſſe tertii, in quo apparet quem eſſe debitorem alterius, ut in libris mercatorum & campſorū: eorumve quos Græci δανειστὰς vocant, & qui Romæ ad Ianum medium, cui Pariſiorum *Le pont au change* reſpondet, aſsidui ſedebant, cujus Cicero 2. Off. & Horat. in pri. Epiſt.

*O cives, cives, quærenda pecunia primum eſt,*
*Virtus poſt nummos, hæc Ianus ſummus ab imo*
*Perdocet, hæc recinunt pueri dictata, ſenesq́.*

tunc talis ſcriptura privata ſemiplenam fidem tribuit, Hic. Mar. Iac. But. & Ange in d §. nummularios. Bart. in d. l. admonendi, & d. l. nuda. De literarum comparatione, & quo pacto probandum eſt teſtibus, quem ſcripſiſſe chirographum, vel aliam ſcripturam privatam, docet Alexand. de Imol. conſil. 76. in 3. parte & conſil. 84 in 1. col. in 3. parte & conſ. 122. & Felinus in c. 2. de fide inſtr. extr. Hæc de rationibus hactenus, nunc de literis diſputatio inſtituenda eſt.

Epiſtolæ, quæ abſentibus ſcribuntur, (iccircò enim ut Cic. Famil. Epiſt. li. 2 autor eſt, inventæ ſunt ut certiores faciamus abſentes, ſi quid ſit, quod noſtra aut illorum interſit) ſi ſint ſubſignatæ majorem fidem faciunt, imò indubitatam ex Baldo, quàm ſi ſigillum deſit, Baldus in l. in bonæ fidei C. de reb. credit. quod ſi ſignum appoſitum non ſit, negetq́; debitor ſcripturam ſuam eſſe: tunc ad comparationes literarum confugiendum eſt, quæ perfectam gignunt probationem; d. l. admonendi, & l. nuda. Præterea notandum eſt, quod in comparatione requiritur, ut teſtes vocentur. Deinde, ut nulla alia probatio ſuppetat, cùm hæc ſit ſubſidiaria. Item jure communi ſcriptura, ex qua fit comparatio ſubſcripta eſſe debet trium teſtium ſignis. Angel. in d. §. ſi quis & in

auth.

auth. de fide inſtrum. & in l. comparationes, vbi Doctores C. de fide inſtr. & quòd ſaltem duo teſtentur ſcripturam illius eſſe, Angel. in d. §. ſi quis. Quod ſi ſcriptura priuata eſt defectu ſolemnitatum nulla ſit, non opus eſt comparatione, vt probat. Cynus in d. l. comparationes. Deinde ſi ſint duo creditores, & vnus, qui prior eſt tempore tantum nitatur chirographo manu debitoris ſubſignato, cum ſubſcriptione trium teſtium. Alius & ſecundus creditor nitatur publico inſtrumento, ideoque ſi potiorem eſſe affirmet, & ſi tempore poſterior ſit. Angel. exiſtimat hunc potiorem eſſe, qui tali ſcriptura priuata nititur, cùm eadem ſi authoritas teſtium, & inſtrumentorum d. l. ſcripturas, & l. in exercendis C. de fide inſtr. Præterea quæſitum eſt: an in ſcriptura priuata, vel publica locus, & dies requirantur? Reſolutio eſt: non requiri, quo ad probationem debiti, l. cùm tabernam §. idem quæ ſint D. de pignor. Cyn. in l. optimam C. de contrah. ſtip. & l. publica in fin. D. de poſ. Sed quo ad prioritatem, & poſteriortatem probandam (vt aiunt) requiritur dies, vt docet Angel. in §. ſi quis in auth. de inſt. Nonnunquam tamen locus & dies ſunt de ſubſtantia actus, vt in legitimatione filiorum naturalium, vt docet Imperator, in §. quantum verò in auth. quib. mod. natur. effic. legit. Alex. de Imol conſ. 70. in 5. col. in prima part. & conſ. 35. in 3. parte.

Poſtrema eſt quæſtio: An confeſsio ſcindi poſſit, id eſt, pro parte admitti, & pro parte reijci. Exempli gratia: Tu faſſus es te centum ducatos Mæuio debuiſſe, ſed ſoluiſſe. Si Mæuius dicat: proba te ſoluiſſe, Iam fateris te debuiſſe centum mihi. Equidem non poteſt tuam confeſſionem pro parte accipere, cùm ſit actus Indiuiduus, ſi de ciuili confeſsione agatur, Secus in criminalibus cauſis.

Veluti, Vlyſſes, interfeciſti Ajacem? Ait interfeci, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ, (ut loquuntur Galli, *en mon corps defendant*) tenebitur probare, ſe ad Tutelam corporis interfeciſſe, ſed tam id erit in confeſſo, Ajacem ab Vlyſſe fuiſſe interſectum. Quod autem dici ſolet confeſſum pro Iudicato haberi: Intelligitur de confeſsione Iudiciali, non extra judicium facta, quæ nullam fidem præ ſe fert, niſi cauſam confeſsionis contineat, ut de ſyngrapha, ſeu chirographa ſupra dictum eſt. Iuris interpretes. Vt Bart. Bald. Saly. in l. uni. C. de profeſſ. Cyn. in l. nec quicquam ubi decretum D. de offic. proconſul. & l. generaliter. C. de non numera. pecu. Verùm ad probandum contractum fuiſſe ſimulatum, ſufficit confeſsio ipſius contrahentis extra judicium facta. Bart. in l cùm quis decedens, §. codicillis. D. de legat. 3. Porrò doctores Itali paſsim de inſtrumento garentigiato loquuntur, video Guidonen. de Suſa in tractatu ſuo de inſtr. garentigiato & Anto. â Canario de executio, inſtrumentor. & Benedictum de Barzis in Tractat. de libellis Guarentigiarum. Quod fit, cùm Notarius á contrahentibus Iusjurandum exigit, quo promittunt ſe non receſſuros ab his, quæ in contractu comprehenduntur, eoſq; Iudex chartularius conſentientes ad obſervationem eorum, quæ in Inſtrumento continentur condemnat. Tale Inſtrumentum habet executionem paratam, & garentigiatum Itali vocant, Cujus executio impediri non poteſt, niſi exceptione ſolutionis contentæ in authentico inſtrumento. Et quamvis falſum objici poſsit: non tamen executionem remoratur, ut teſtis eſt imperator in l. 2. C. de falſ. Verum requiritur, ut ſumma in inſtrumento comprehenſa, definita ſit & liquida, antequám executioni mandetur.

*Finis Libri ſecundi Topicon.*

# LIBRI TERTII TOPICΩN.

*Locus à præſumptionibus ſeu coniecturis.*

## CAP. I.

QVONIAM in his libris de omni genere probationum diſſeruimus, non à re propoſita alienum videbitur, hic de præſumptionibus & conjecturis agere. Præſumere autem eſt Homonymon, nam ſub hac voce res diverſæ comprehenduntur. Ariſtoteles ita definit in principio Categoriarum. Etenim ſummi pontifices ſæpius hoc verbum pro audere uſurpant. Nonnunquam idem ſignificat, quod antè ſumere. Hic verò pro conjicere accipitur. Præſumptionum quaſdam violentas eſſe, alias minus violentas ex authoritate Iuriſconſultorum & rhetorum conſtat. Violentas præſumptiones, vulgus Doctorum purioris linguæ inſuetum, juxta verbum illud vetus ut cum Gellio lib. 12. cap. 5. loquar.

Ἀμαθέστερόν πως εἶπε, καὶ σαφέστερον λέγε

hoc eſt, ad verbum,

*Indoctius quodammodo loquere, & apertius fare.*

Præſumptiones Iuris, & de jure vocat: cum ex Oldendorpio ſynonyma ſint. Nonnulli vehementes adjiciunt, c. Literis de præſumpt. Verùm antequàm ad eam diſputationem veniamus, quæ eſt propria noſtræ quæſtionis, Operæpretium duximus hic de fictione quædam præfari. Noſtri juris interpretes fictionem definiunt legis adverſus veritatem, in re poſſibili, ex juſta cauſa diſpoſitionem. Bart. in l. ſi is qui D. uſucap. & in l. ſi forte. D. de caſtr.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0101-1

peculio. Etenim á ſola lege fictio inducitur ſuper re impoſsibili in ſpecie, ſed poſsibili in genere. Veluti lex fingit Titium captum ab hoſtibus, deinde in vrbem reuerſum, Iure poſtliminij nunquam captum fuiſſe, Equidem fieri non poteſt, quin Titius non fuerit ab hoſtibus captus, & Ita impoſsibile in ſpecie: quia facta infecta fieri nequeunt l. in bello. §. factæ quoque rès de capt. & poſt l. reuer. Sed in genere poſsibile. Nam fieri poteſt, vt quis militiam proficiſcatur, & tamen ab hoſtibus non capiatur. Sed impoſsibile in genere nunquam lex fingit. Veluti hominem mortuum vel lapidem viuere, cum nullus inveniatur. Angel. & docto, in §. ſi ab hoſtibus captus inſt. quib. mod. ius pat. poteſt ſoluit. Porrò poſsibile Græci nunc δυνατὸν nunc ἐνδεχόμενον vocant, ita tamen vt non nihil diſcriminis inter vtrumque ſit, de quo conſule Budæum in Comment. Fictio autem naturam, quoad fieri poteſt, imitatur. §, minorem Inſtitut. de adopti, & l. adoptio enim D. eodem. Ideoque contra naturam non admittitur fictio, vel contra impoſsibile natura. Glo. ſi l. gallus §. ſi eius D. de liber. & poſthum. & l. qui ad certam. D. locat. Deinde non fingit lex ea quæ Iure fieri non poſſunt: vt adulterum eſſe legitimum, & rectè factum. Gloſ. in l. talis ſcriptura §. vlt. D. de leg. 1. Itaque nunquam fictio contra fictionem poteſt concurrere. Veluti, captum ab hoſtibus, & in vrbem reuerſum Iure poſtliminij: lex fingit eum nunquam fuiſſe captum. non poteſt igitur eadem lex fingere captum fuiſſe. Bald. in. c cùm conſuetudinis col. 1. de conſuet. & c. innotuit. de elect. 1 & l. ſiue poſsideris C. de probat. Alexand. Iaſon. in l. 1. §. econtrario. D. de acq. poſſeſſ. His autem quæ diximus aduerſatur ſequens argumentum: Impoſsibile eſt naturá eum, qui eſt in vtero matris, ante quadraginta dies viuere, quo

tempore

tempore nondum infans formam accepit, nec anima infuſa eſt, ex medicorum ſententia: At hunc, qui eſt in vtero, lex fingit natum eſſe, & viuere. l. vel ſi viuo. D. de ſuis & legit. & l. qui in vtero D. de ſtat. hom. Igitur lex impoſsibile natura fingit. Deinde lex fingit infantem adiiſſe l. l. ſi infanti C. de Iure. delib. Quod natura fieri non poteſt, cum in aditione animus, & voluntas requiratur, quæ infante nulla eſt: nam quicquid videt, ignorat, & furioſo comparatur l. pupillus D. de acquir. hæred. &. l. infans D. ad l. Cornel de ſic. &. §. præterea. Inſt. quib. non eſt permiſ. fact. teſt Deinde lex fingit, eundem hominem à duobus diuerſis temporibus interfectum fuiſſe, l Ita vulneratus. D. ad l. Aquil. quod fieri nullo modo poteſt. Hæ antinomiæ ſic reſoluuntur. Quo ad primum argumentum nonnulli ſic reſpondent. Id non fieri fictione Iuris, ſed diſpenſatione, vt qui eſt in vtero pro nato habeatur, vt teſtantur Imol. Alexand. & Iaſ. in l. Gallus. §. ſi eius. D. de liber. & poſthu. Verum falluntur longè opinione, cum diſpenſatio iiſdem regulis definiatur, quibus & fictio. vide Iaſon. in l. ſi ille qui D. pro emptor. Bald. in l. Papinianus, §. ſi ex cauſa D. de inoffic. teſt. But. in c. tanta extr. qui filij ſunt legit. Paulus Caſtreo. in l. 1. §. 1. de iur. aureor. annulor. & l. pactum. quod dotali. C. de collatio, Hæc erit ergo reſolutio: legem non fingere factum impoſsibile, ſed quandam diſpoſitionem Iuris inducere, nec directo fingit impoſsibile factum, ſed illud præſupponit. Vt puta captum, & reuerſum, nunquam fuiſſe captum. Quod verò attinet ad eum, qui vulnus lethale intulit, Reus eſt homicidij, Si poſteà nunc moribundum quis interficiat, fingitur & interfeciſſe: Reſpondendum eſt, in delictjs non tam exitum rerum, quàm

animum conſiderari. Vt docet Marcus Tullius in oratione pro Milone in l. Diuus D, de pœu. & l. ſancimus. C. eod. quæ iuris οἰκονομία ſeu diſpoſitio non longè ab hoc Chriſti oraculo abludit, qui viderit mulierem, ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt cum ea in corde ſuo Matth. 5. Verumenim verò ſuperiorem ſolutionem tenendam exiſtimo, Scilicet, fictioni locum eſſe in his, quæ ſunt poſſibilia in genere, ſed Impoſſibilia in ſpecie. Et hac ſolutione omnes quæſtiones hac de re dirimi poſſunt In fictione autem Iuris dominatur æquitas, & fauor. doct. in. l. ſed & ſi quis. §. vlt. cum l. ſequ. D. de vſufruct. Vnde in odioſis fictio locum habere non poteſt. Hæc de fictione.

Præſumptionum autem quædam ſunt violentæ, quæ iuris. & de Iure vocantur ex Alciato in libro de præſumpt. qui Alciato tribuitur: Iuris, quia à lege introducuntur, & de iure, quia ſuper tali præſumtione lex inducit firmum Ius, & pro veritate accipitur. Doct in c. adferte mihi gladium. extr. de præſumpt. Sed mea quidem ſen tentia, hæc loquendi formula á Latinis ſuſtineri non poteſt, quicquid comminiſcantur noſtri iuris interpretes. Sed violentas appello, quæ perfectam ſuis numeris probationem continent. Hæ ex dictamine, & inſtinctu naturæ indubitato educuntur: Doct. in d. c. adferte mihi, & c. is qui fidelem de ſponſ. gloſ. in l. ſiue poſſidetis C. de probat. Abbas in c. 4. vbi Fel. eod. vt ea eſt: qua ductus Rex Salomon ſapientiſſimus, Iudicium ſuum per vniuerſum orbem celebratum tulit, textus eſt, in d. cap. adferte mihi gladium litem inter duas matres dirimens, quæ erat huiusmodi. Duæ matres, cum Iuxta ſuos infantes obdormirent, vna Infantē extinxit, et extinctū in locum alterius viuentis ſuppoſuit, mater à ſom-

no excitata affirmat ſuperſtitem infantem ſuum eſſe altera negat, ſed ſuum vendicat. Cùm hæc contentio oborta eſſet corā ſapientiſsimo Rege Salomone. Iuſsit, cùm aliunde probatio colligi non poſſet, Infantem diuidi in duas parteis & vnicuiq; matri partem adiudicauit. vera mater, cum horrendum hoc ſpectaculum pertimeſceret, ſummis precibus cùm rege contendit: vt non diuideretur Infans, ſed potius alteri viuus traderetur. Inſtat alia, vt fiat partitio, Nec mihi, inquit, nec tibi, ſed diuidatur, vt rex conſtituit. Salomon Iudicauit eam eſſe ſolam matrem, quæ naturæ Inſtinctu commota, & ſingulari, & materno amore quem Græci στοργὴν appellant noluit filium diuidi 3. Regum 3. capit. & c 2. extrà, de præſu. Hoc Iudicium in ſola præſumptione violenta, (quam Iuris & de Iure vocant) verſatur. Nam lex naturæ, & dictamen, quod in animis noſtris inſitum eſt, nequidem auelli poteſt: Cicero 2. de legib. Nec patitur matrem eſſe immemorem proprij ſanguinis. cùm nullus amor vincat maternum. In l. Iſti quidem in fin. D. de eo quod metus cauſ. & l. liberi in C. de Inoffi. teſta. Hæc igitur præſumptio quodammodo ex penetralibus naturæ educta eſt, aduerſus quam non admittitur probatio. Etenim ſi ea mulier, quæ volebat infantem diuidi, regi dixiſſet: Teſtibus. probabo hunc infantem meum eſſe, hanc rex non admiſiſſet, cùm in ea nullum naturæ lumen appareret. At iura ſanguinis tolli non poſſunt. l. Iura ſanguinis. D. de reg. iur. §. ſed & naturalia inſt. de iur. natur. gent. & ciuil. Præterea alia præſumptio violenta, ex regulis naturæ petita, ex conſtitutione Imperatoris elici poteſt. in nouellis de reſtitutio. dot. l. rerum §. ſi quidem mulier conſt. 30. Item ſuborta eſt quæſtio: an

mulier, quæ filium undecimo menſe à morte mariti computando genuit, defuncto peperiſſe videatur. Decidit Imperator, mulierem edentem partum undecimo menſe poſt mortem mariti, præſumi ex alio concepiſſe. Hæc præſumptio violenta dicitur, adverſus quam non admittitur probatio. Deindè ſi mater cum ſuo anniculo naufragium paſſa eſt, præſumptio eſt, infantem ante matrem periiſſe. l. ſi mulier D. de reb. dub. & in l. inter ſocerum in princ. D. de pact. dotal. Secus ſi graſſatores vel latrones violentas manus matri, & infanti intulerint: tunc mater præſumitur prior interfecta, niſi contrarium probetur. Et ita ſenatus ſupremus Pariſienſis pro homicidio commiſſo in urbe judicavit. Deindè qui in eadem domo ex marito & uxore natus eſt, is præſumitur filius legitimus, niſi diuturna abſentia, vel diuturnus morbus maritum impedierit, ne cum uxore rem haberet. in l. filium D. de his qui ſui vel alien. jur. Harum præſumptionum tanta vis eſt, ut adverſus eas non admittatur probatio, l. antiquæ. C. ad ſenatuſc. Velle l. ult. C. at tutel. & l. à Divo Pio. §. ſi pignora D. de re judic. D. l. 1. C. ad Maced. Specularor in §. 1. Titulo de præſumpt. niſi litigans rei veritatem fateatur; tunc enim adverſus eas confeſsio admittitur. Gloſ. in §. aliud in Auth. de æqual. dot. & l. in contractibus. C. de non num. pecun. Iuris enim interpretes tenent adverſus ſententiam, quæ tranſit in rem judicatam, confeſsionem partis in contrarium admitti, ut Iaſ. in l. admonendi col. 44. D. de Iure juram. Aret. in rub. de probat. Quod intellige, modò teſtibus non ſit probanda confeſsio, tunc enim per indirectum admitteretur probatio, Bald. in l. filium quem habentem C. famil. hercîſ. Sed ſolo ore confitentis Bald. in l. C. quib. ex cauſ. ſeru. pro liberta. Verùm noſtri exiſtimant. hanc

præ-

præſumptionem eſſe in Iudicium deducendam, quam judex non ſupplet. Alexander in l.1.C.ut quæ deſunt advoca. Vt putá, Tutor in repertorio rerum pupillarium res ſuas deſcripſit, præſumptio eſt Iuris, & de Iure has res ad pupillum pertinere. Quòd ſi tutor probare velit ſuas eſſe, nec pupillus adverſetur, dicatq; hunc non eſſe audiendum, contra præſumptionem hanc violentam admittendus eſt, ex quorundam ſententia. Sed nos contra judicamus, non eſſe admittendum, Idq; judices ſupplere debent. Etenim videtur Tutor donaſſe, eo quod in repertorio res ſuas deſcripſerit, ut author eſt Soci. conſ. 61. in 1. dubio in 1. volumi. Sed id potiùs ad præſumptionem referendum eſſe, quàm ad donationem exiſtimo, cùm nemo præſumatur donare ſuum, vel indebitum ſolvere. In l. ſi verò non remunerandi. §. ſi adoleſcens. D. mandat. & l. cum indebito. §. ſin verò D. de probatio. Felinus refert exemplum præſumptionis, ajunt, Iuris & de Iure. Vt putà: Ex poſſeſsione temporis, cujus memoria non extat, præſumitur legitimus Titulus, & bona fides, nec auditur quis ſi malam fidem probare velit. Feli. in c. cùm nobis extrà. de præſcript. col. 3. Iac. Butri. in Tract. de homa. col. 4. Abbas conſ. 11. Salic. in l. 2. de ſervi. ſed ſi contendat, non eſſe poſſeſsionem longiſsimi temporis, expellendus non eſt. Hic diſputant noſtri, ſi duo ſponſalia verbis futuri temporis contracta inierint, deindé corporum conjunctio ſecuta ſit, præſumptio eſt violenta, matrimonium eſſe perfectum, & (ut ajunt) conſummatum, nec contrahentes audiendi ſunt ſi proteſtentur ſe non congreſſos eſſe matrimonii cauſa. Bart. in l. non ſolùm. §. morte. D. de non oper. nunciat. Aret. in l. Titia. §. Idem D. de verb. oblig. & c. veniens. & c. is qui extrà de ſponſ. Verùm exiſtimo, ideò proteſtationem

ſtationem nihil operari, quia delictum & cauſam turpem continet. At allegans ſuam turpitudinem nemo auditur. c. ſolicitudinem extra. de appell. Alexander conſ. 49. Hanc præſumptionem Iuris, & de Iure, deſcribit Guido Papa, quando lex præſumit ſuper certo, gloſ. ſingular. in l. á Divo Pio. §. ſed & illud. D. de re Iudic. & adverſus eam, ſi judex probationem admiſerit, fidem faciet Ia. de Graſsis. c. quanto ext. de præſumpt. Et quando de facto contrario liquidò conſtat. Noſtri vocant notorium ſeu facti evidentiam. Idem de Graſsis in d. c. quando & Guido Papa in ſuo tractatu de præſumptio.

Notorium autem quod Græcè δῆλον vel θρυλλούμενον dici queat (hoc eſt manifeſtum, & quod in ore eſt omni populo) definiunt, probationem indubitatam & finitam, nulla diſcuſsione egentem. Hæc enim probatio non eſt examinanda & expendenda, ut cæteræ probationes. Antonius de Butrio in ſuo tractatu de notorio, quemadmodum & Ariſtot. in Topicis de rebus certis, quæq; ſenſu vel pœna egent diſputationem reſtituendam eſſe negat. Hoc notorium, vel eſt facti, vel juris. Vt docet Vinc. & Vbertus & Rhobio. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. l. ſi vicinis C. de nupt. & c. tua & c. quæſitum extr. eodem. Notorium facti, eſt communis vox totius vel majoris populi, ex rei evidentia permanens, vel eſt factum, de quo cives, vel major & ſanior pars, non dubitant nec ſi adverſarius inficias ierit, Ideò notorium eſſe definit, cum verba rei veritatem non mutent, l. illicitas, §. veritas, D. de offic. Præſid. c. cùm inter nos. de re judic. Ad hoc notorium tot teſtes requiruntur, ut inficiationi locus eſſe non poſsit, veluti ſi omnes vicini viderint, vel major

pars

pars populi. Notorium id etiam vocat Antonius de Butrio, quod decem teſtibus præſentibus actum eſt. Notorium autem, quod in facto verſatur, duplex eſt: quoddam eſt facti permanentis actu, vt ſi Sempronius focariam, & concubinam quam Græci παλλακὴν dicunt (vnde Gallica vox *paillarde* κ. in d. mutato, vt in μαλακία *maladie*, deducitur) publicè habeat vel adulteram in ſuis ædibus retineat. l. ſi vicinis C. de nupt. &c. de manifeſta. 2. q. 1. & c. priuſquam 29. diſt c. propoſuiſti. 81. diſt. &c ſignificaſti ex de diuort. Specu. in tit. de noto. § notorium. Aliud eſt facti tranſeuntis actu, vt puta, ſi Titius hominem publicè interfecerit, vel furtum, aut ſacrilegium commiſerit. §. quandò autem 2. q. 1. vel ſi Epiſcopus tranſeat de Eccleſia ad Eccleſiam id notorium eſt, quia fit cum apparatu. c. Illud de cle. excummunic. c. bonæ de elect. & c. quanto de tranſlatio. prælator cuius quidem facta tanta eſt energia (vt quemlibet Dominus in Euangelio exclamet, Nolite iudicare, vt non iudicemini, Math. 7.) de huiuſmodi tamen facti notorio iudicare liceat c. eſtote miſericordes. de reg. iur. in ant.

Eſt aliud notorium facti præſumpti, vtpote, ſi quis in domo educatur, à parentibus filius vocatus, & pro tali habitus: à vicinis præſumitur filius legitimus, nec ſtatum illius in dubium reuocari portet gloſ. in Clem. paſtoralis de. re Iud. & l. filium. D. de his qui ſunt ſui vel alie. Iur. Specul. in §. 1. Tit. de præſumpt. In hoc notorio facti ordo iuris non requiritur qui alias religioſè obſeruandus eſt. Euidentia enim patrati ſceleris clamore non indiget accuſatoris.

Quòd ſi iudex huiuſmodi delictum coercere velit, & Reus prouocauerit; non erit appellationi

deferendum

deferendum. Antonius de Butrio in ſuo tract. de notorio. Excipe jus Gallorum, quo omni appellationi defertur, niſi conſtitutione regia aliud cautum ſit. Eſt aliud notorium juris quòd à nonnullis definitur ſpontanea confeſsio, & aperta probatio, quæ in dubium vocari non debet. Idem Anto. de Butrio de notorio. Idq́; vel ex confeſsione litigantis in jure facta, vel ex rebus judicatis, vel aliis legitimis probationibus. Guido, Pape in tract. de præſumptio. 127. docet notorium juris eſſe, quod reſultat ex præſumptione juris. Idem gloſator. in Clementina Paſtoralis in verb. aſtruitur. Noſtri exiſtimant probationes probatas eſſe notoria. Exempli gratia, probationes, ex quibus lata eſt ſententia, quæ tranſiit in rem judicatam, Hæ probatæ dicuntur, & notoria. Si quis plura de notorio deſideret, hunc ad librum Antonii de Butrio, inſcriptū de notorio, releġamus.

Sunt aliæ præſumptiones minùs violentæ, quæ vocantur præſumptiones juris ex Oldendorpio. Præſumptiones autem quadrifariam transferuntur: de tempore in tempus, ut putà de præterito in præſens in prooemio inſtit. verſu quorum omnium ſolertiam de præterito in futurum, c. mandata &c. quanto de præſumpt. De præſenti in præteritum, l. ſi quis adulterium §. 1. D. ad l. Iuliam de adult. Et de præſenti in præſens c. qui crimen 6. q. 1. Plura ſunt præſumptionum exempla, quæ ex toto corpore juris deprompſimus, moribus noſtris accommodatiſsima, quæ hoc ordine ſequuntur. Si in utero matris maſculus, & fœmina eodem impetu gignantur. In dubio, maſculus prior natus præſumitur, l. ſi fuerit. D. de reb. dub. §. ult. quia maſculus eſt fortior fœmina. Deindè hac ratione: ſi eodem momento mater & infans naufragio pereant: præſumptio juris eſt, Infantem priùs aquis obrutum fuiſſe, ob

teneræ

teneræ ætatis imbecillitatem. l. ſi mulier D. de reb. dub. & d. l. inter ſocerum D. de pact dotal. Item, 3.
Si pater cum filiis in procinctu belli, & in ipſa acie (quod Græci ἐν προμάχοις, Latini inter principia dicunt) morti occubuerit: pater præſumitur prior. è vita diſceſsiſſe, l. qui duos §. cùm in bello D. de reb. dub. verum. Bart. in dict. l. qui duos §. cùm in bello, contendit filium non ſupervixiſſe, ſi pater & filius ſimul mortui ſunt. Hic verò Regulam conſtituit Butr. Quoties dubitatur, quis prior vita functus ſit, melior eſt conditio poſsidentis & rei: actoris verò deterior. Bart. in l. munerum D. de reb. dub. Item 4.
uxor prius obiiſſe, deindè maritus in ambiguis præſumitur. Ratio, quia ex Ariſt. longior, & diuturnior eſt vita maſculis quam mulieris, eaq; robuſtior eſt gloſ. in l. ſi poſſ. D. de religioſ. & ſumpt. fun. Deinde 5.
ſi in extrema valetudine quis donet, non præſumetur cauſa mortis donare, ſed inter vivos, niſi fiat mentio mortis l. Titia. ubi gloſ. § ult. D. de donatio cauſ. mort. licet Antonius de Butrio contrarium tueatur, in c. ex de conſue. Quòd ſi moriens utatur hac voce: Relinquo Titio mille aureos, tunc præſumitur donatio cauſa mortis. l. 1. §. ult. D. de Tabul. exhib. Dyn. in l. 1. C. de revocand. donat. in 6.
dubio præſumitur quis major: unde ei qui ſe minorem dicit, incumbit onus probandi. Archi in c. ſi eo tempore de reſcrip. in 6. gloſ. c. in præſentia extra de probat. Si diſputemus de præſumptionibus re- 7.
giis, ſciendum eſt in ambiguis. Quicq; rex Galliarum, vel alius jubet, vel edicit, id juſta cauſa fieri Lex præſumit c. quæ in eccleſiarum extra de conſtitu. & l. 1 D. de conſtit. princ. Doct. in c. niſi ſpecialis extr. de offic. deleg. Item in principe liberalitas præ- 8.
ſumitur, unde Beneficium principis latiſsime interpretandum eſt, arg. leg. filius D. de donat. Bald.

in l.

9. in l.liberti D.de opere libert. Quicunq; Regum &
principum negotia gerere conſueverunt, ut procu-
ratores fiſci, quæſtores, adminiſtratores, eorum facta
ignorare præſumuntur, c. ab excommunicatione ex-
tr. de reſcript. licet aliud in privatis hominibus di-
cendum ſit leg ult. C. pro ſuo Innoc. in c. ſi propo-
nente, de conſtit. Bart in leg. non fatetur. D. de con-
10. feſſ. Item minores, qui nuptias coram rege impera-
tore, vel principe contrahunt, & in contractu ma-
trimonii donant, vel pacta ineunt, læſos & circum-
ſcriptos eſſe nefas eſt dicere. Quòd ſi ſolemnia de-
ſint, omnia ſupplet præſentia principis & majeſtas.
Nemo enim in facie principis læſus præſumitur, il-
lud requirendum C. quando decreto opus non eſt.
& not in l. 2. C. de his qui veniam æta. impet. Et ita
11. ſenatus Pariſienſis judicavit. In dubio rex præſumi-
tur dominus directus eorum, quæ ipſe poſſidet do-
nec contrarium probetur. Pet. Iaco. in Tit. de rei
12. vend. directi dominii. Deinde princeps non præſu-
mitur velle à jure communi recedere, nam & ſi le-
gibus ſolutus ſit: legibus tamen vivit. Iaſ. in l. juſti-
tia D. de inſtit. & jur l. digna vox. C. de leg. ita in-
13. telligitur l. princeps D. de leg b. Item in ambiguis,
princeps non præſumitur velle derogare juri fiſci,
c. ſuper eo de off c. deleg. Alexand. in conſ. 87. in
fin. in 1. vol Anton. de Butr. in c. ut debitus. de ap-
14. pel. extr. In generali conceſsione, nunquam prin-
ceps præſumitur jus tertii auferre.

Vnde in omni diplomate regio intelligitur clau-
ſula: ſalvo jure alterius. Bald. in leg. momenta C.
de leg. Raphael cuman. conſ. 150. uni. eſt text. in leg.
2. §. merito & §. ſi quis à D. ne quid in loc. public.
Reſcripta principum in quibus jus tertii tollitur
non carent ſuſpitione falſi, cùm hæc clauſula ſit in-
audita. Imò clauſula contraria huic inſeri ſoleat,

ſcilicet,

ſcilicet, ſalvo jure tertii Doct. in r. 2 ex t. de reſcrip. et Curtius ſenior conſ. 71. ſuper memoratum col. antepenult. Quicquid enim fit contra antiquã & conſuetam formam: falſi ſuſpectum eſt, ut de citatione ſcribit Iaſon. in l. 1. §. 1. verſ. adde, fortiùs D. ſi quis jus dicen. non obtemper. Præterea cum princeps ſuo diplomate Reum & convictum criminis, ut puta homicidii, abſolvit: ei pœnam corporalem à jure irrogatam & inflictam remittit: eumq; in priſtinum ſtatum reſtituit, ſed id quod intereſt partis civilis (ut ajunt Galli) remittere non præſumitur, ut docet Iaſon doctiſsimus juris interpres. in leg. venia in 3. col. C. de in jus vocan. Fel. in c. ſuper eo de offic. de legat. Adeo, ut ſi princeps deportatum priſtinæ dignitati, honori, bonis deniq; reſtituat: ille tamen non recuperat bona, medio tempore in alium translata. Ius enim illi quæſitum eſt, quod per reſtitutionem in integrum non præſumitur princeps tollere voluiſſe gloſ. & Bart. in l. Gallus. § & quid ſi tantùm D. de liber. & poſth. & l. 1. 2. 3. & ult. C. de ſentent. paſsis Iaſ. in leg. ult. Codice de conſt. princ. Præterea ſi ſpurius Sempronii, poſt illius mortem à principe legitimatus ſit, pro verè legitimo habetur: non tamen ad hæreditatem patris ſcilicet Sempronii admitti debet, quæ jam ad proximos agnatos devoluta eſt. Non enim præſumitur princeps, jus alteri quæſitum velle tollere. Quod autem diximus, principem non præſumi jus tertii tollere, patitur quaſdam exceptiones, Prima eſt in lucro contingenti, ut putá ſi princeps Titio permiſerit piſtrinum in flumine publico extruere, licet alteri piſtrino noceat, id enim damnum reſpicit lucrum contingens minuitur, & hoc princeps adimere poteſt. Angel. conſil. 292. & Bald. conſil. 71. in 1. lib. Item præjudicat tertio, cùm alias princi-

principis conceſsio inutilis ſit, Cal. in diſputatione ſua incip. Dom. Papa. in 12. col. Feli. in c. ſuper eo de officio delegat. Deinde in his, quæ arbitrio principis relinquuntur, ius tertij lædi poteſt. Verùm ſi Rex ſuo reſcripto, donationem non inſinuatam ex certa ſcientia confirmauerit, Rata erit, etiam ſi filijs noceat hæc confirmatio, quibus iam ius erat quæſitum ſpe probabili, & hoc ſit, quia inſinuatio hæc eſt ſolennitas iure poſitiuo introducta, quod eſt arbitrarium ipſi principi, Abbas conſi 84. illud in ſumma in lib. Alexander in d.l. quanquam C. de teſtam. milita. Item, vt reſcripta aliquod effectum ſortiantur præſumitur princeps ſuprema non ordinata poteſtate vſus, Alexander in d. l. quanquam Baſil. in c.1.§. ſacramenta. in vlt. col. de pace iuram. firmando in vſib. feudor. Præterea, cùm princeps ſuo diplomate eò tendit, vt tertio præiudicet: tunc ceſſat præſumptio contraria, ideoque præiudicium faciet in his caſibus, in quibus rex damnum inferre poteſt, gloſſator in l.3. § ſi quis à principe D. ne quid in loco. public. fiat, & in c quæ in Eccleſiarum de conſtitut. vbi Doctor: At iure Gallorum l hæc principum reſcripta tanquam ſubreptitia, & obreptitia à iudicibus exploduntur. Rexque circunuentus præſumitur, vel per importtunitatem. huiuſmodi reſcripta extorta eſſe videntur. l. 1. C. de petitio bonor. ſubla. lib. 10. Roman. conſil. 416. Iaſ. in l. ſi teſtamentum C. de teſtam. Hic noſtri juris interpretes diſputant: an his res verbis, proprio motu, ex certa ſcientia, princeps præſumatur velle jus tertio præripere. Ioan. de Ana. in conſ. 81. viſo inſtrumento. Alexand. conſil. 216. nec arguendi ſumus col. 5. verſ. 6. confirmatur lib. 2. Exiſtimant tolli, Bart. Bald. Decius, contendunt, id quod à principe motu proprio, vel ex certa ſcientia

conſtitu-

conſtitutum eſt, in dubium revocari non poſſe, nec debere, nec contra hujuſmodi reſcripta aliquem eſſe audiendum, imò perpetuum ei ſilentium imponendum eſſe Bald. contendit Bart. in l. conficiuntur §. codicilli D. de jur codic. Bald. in c. I. §. ſi quis autem de pace conſtant. Decius conſ. 300. quoniam ex facto col. 9. & conſ. 375. & 498. Omiſsis variis noſtrorum juris interpretum opinionibus reſpondendum eſt, has clauſulas non operari, ut princeps jus 3. præſumatur tollere, ut teſtes ſunt Decius, conſ. 544. Sereniſsimis col. ult. & conſ. 468. ſuperiori anno col. 85. 3. Cardinalis, conſ. 135. & conſ. 143. Et Ioannes Nicolaus. Vnde hac clauſula deſideratus, de plenitudine poteſtatis: tunc enim (ait Alciatus) nihil opponi poteſt, quò minus conceſsio ſuum effectum ſortiatur. Et hæc opinio eſt Baldi, in l. 2. 10. col. C. de ſervit. & aq. Alexand. in l. quanquam C. de teſtam. mili. Pauli Caſtrenſis c. 280. Decii conſil. 498. Alexandri & Pauli Caſtrenſis, & Decii, & Ioannis Nicolai. Quod verum eſt, ſi reſcriptum alio modo intelligi non poſsit, quin alteri detrimento cedat, de his, quæ circa naturam cujuſq; rei verſantur. Suprà de præſumptionibus, quæ circa reges & alias perſonas verſantur egimus. Sequitur nunc, ut diſſeramus de iis quæ circa naturam verſantur.

*Locus à præſumptionibus ex qualitate & proprie eductis. Cap. 2.*

HOC erit generale Axioma, qualitas & proprium, quæ hominibus natura inſunt præſumitur adeſſe. Vt proprium eſt parentum ſummo amore filios proſequi, adeo ut nullus amor vincat paternum, & eſt ex Platonis & Iuriſconſultorum ſententia, è genere gravium, deſcendit enim potiùs quàm aſcendit, Plato in dialogo de convi-

nio, & in Gorgia, & 1, de repub. & 5. de legib. l. vlt. in fin C. de curat furioſ. Alex. conſ. 12. in q. Dei. conſil. 26. & conſil, 180. vſq; adeò vt poeta Æneid. 1. canit.

*Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.*

Nullumque ex Marco Tullio nomen amantius, indulgentiuſque, quam maternum, pro Cluentio, & tertio de finibus 5 Tuſculana, 5. de finibus 3. actio in Verrem aſtipulatur Ciceroni C. Muſonius Philoſophus, in opuſculo De ſcopo nuptiarum, apud Stobæum. Vnde ſi pater contraxerit, vel quid aliud egerit, vt filium ex periculo, vel manu graſſatorum, & inimicorum redimeret: metu legitimo, & iuſto compulſus præſumitur. Etenim pater maiore metu perculſus ob ſeipſum præſumitur. l. iſti quidem D. quod met. cauſ. Rom. in l. 1 D. de in ius vocand. Feli in c. adferte ext. de præſ. Hic amor inter patrem & filium, (quem ſupra *στοργὴν* à Græcis appellari diximus) mutua quadam relatione circumfertur, adeo vt ſi filius contraxerit, veritus ne patri iniuria fieret, iuſto metu contraxiſſe præſumitur, Abbas in c. ſuper eo. extr. de renunciat. Innoc. in c. cum locum de ſponſal. Pater non præſumitur velle filium circumſcribere, verum aduerſus contractum inter patrem & filium, vel filium inuitum: reſtituitur filius, ſi immodice læſus ſit, ſecus ſi modicè. Ita intelliguntur duæ leges, quæ ex diametro pugnare videntur, l. vlt. C. qui & aduerſ. quos. & l. ſi ſuperſtite C. de dol. Si pater filio hæredi inſtituto, interdicat bonorum ſuorum alienationem, quouſq; trigeſimum annum compleuerit: præſumitur in fauorem filij hæc prohibitio, etiam in legitima, ideoq; alienare non poterit, ante trigeſimum annum, videtur enim voluiſſe adoleſcenti minus prouido proſpicere, quem decoctorem bonorum, & podigum

nouerat,

nouerat, Paulus Caſtrenſis in conſil. 77. in primo volu. Bart. in l. cum filio in princ. D. de vulg. & pupil. Iaſ. in l. multi D. de liber, & poſth. Raphael cuman. in l. filius familias §. Diui. D. de leg. 1. Secus ſi eſſet prohibitio alienationis perpetua, reſpectu legitimæ. Hæc enim, non in fauorem filij, ſed in odium facta videretur, Doctores & Iaſ. in d. l. filius familias §. Diui. de leg. 1. Quòd ſi quis obijciat Imperatoris conſtitutionem l. quoniam in prioribus C. de in offic. teſtam. Qua cautum eſt ne onus, vel grauamen legitimè imponatur, ſed omni onere libera ſit: huic reſponſum volumus, tantum abeſſe, vt ad tempus prohibitio legitimam oneret, quin eam ab imbecillitate, & dilapidatione filij, quem pater prodigum nouit, arceat eamque conſeruet, vt ſcitè docet Alciatus in libro ſuo de præſumptio. Si filius ſeorſum à patre habitans acquiſierit, non præſumitur ex bonis patris acquiſiſſe: Imo tutus erit in poſſeſſorio, quia bona, quæ poſsidet, non ſunt profectitia. Bald. in l. cum oportet col. 5. C. de bonis quæ lib. Deinde ſi lege municipali cautum ſit, ne fœminæ ſine auctoritate & conſenſu conſanguineorum ſeu parentum (vt Galli loquuntur) contrahant: ſi cum patribus contractus celebrentur, propinquorum conſenſus non requiritur, Bald. in l. pactum quod dotali in 20. quæſt. C. de Collat. nec reſtituuntur filiæ niſi metus reuerentialis qui Græcis εὐλάβεια dicitur, interuenierit: vel immodica læſio, vt ſuprà diximus, l. 1. §. quæ onerandæ D. quar. rer. actio non dat. Præterea ſi pater omnia ſua bona generaliter diſtraxerit, lucrum, quod ex matrimonio proficiſcitur, reſeruaſſe filijs ſuis præſumitur auth. nunc autem C. de Secund. nupt. niſi expreſsis, & diſertis verbis in alienatione comprehendantur. Item quaſi caſtrenſia illa, quæ pater filio ſuo

in gymnaſio, vel Academia ſtudiorum cauſa degenti impenderit, donaſſe præſumitur: nec in collationem veniunt l. quæ pater filio D. famil. herciſc. Alex. conſ. 102. etiam ſi libri eſſent, vel impenſæ. quæ in laurea Doctoratus vel ingradu lytæ, vel prolytæ perſoluuntur, cum lex ipſa non diſting. nec nos diſtinguere debemus l. præſes prouinciæ D. de offic. præſid. licet Bartolus in ea ſit hæreſi, vt exiſtimet libros non contineri: Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe D. de collatio. bonorum doct. in l. dotii C. de collat. Licet lex municipalis velit, vt inter filios æqualitas ſeruetur, ſicut & ius commune l. vt liberis C. de collat. l. cũm oportet C. de bonis quæ libe. Deinde Parentes præſumuntur in ea voluntate diſceſsiſſe, vt eorum hæreditas ad liberos tranſmitteretur, l. cum ratio D. de bonis damnator. Cum de ætate filiorum agitur, ſtandum eſt libro patris Salicetus in l. ſi minorem C. de in integr. reſtitu. & refert, l. etiam D. de probat. Si pater hæreditatem filio reliquerit ea lege, vt alteri reſtitueret: ſubintelligitur clauſula, ſi ſine liberis deceſſerit, & eſt iuris præſumptio, l. cùm auus D. de condit. & demonſt. & l. cûm acutiſsimi C. de fidei commiſ. l. generaliter §. cùm autem C. de inſtit. & ſubſtit. Nec enim præſumitur, extraneos filijs prætuliſſe. Item quæ patris fuerunt, eadem eſſe filiorum præſumuntur, cùm ſint viuo patre eorum quodam modo domini, l. ſiue poſsidetis C. de proba. l. in ſuis D. de liber. & poſth.

Deinde pater & filius cenſentur vna, & eadem perſona fictione iuris l. vlt. C. de impube. Item non præſumitur pater velle filium ſuum circumſcribere Ideo non datur filio actio doli aduerſus patrem l. ſi ſuperſtite C. de dol. Præterea pater non præſumitur, vel hæreditatem filij legatis maximis diminuere l. penult D. de Iur. codicil. Vnde ſi facto teſtamento,

in quo legata magna continentur, poſthumus naſcatur, præſumptio eſt, legata reuocata fuiſſe. auth. ex cauſa. Vbi Bart. C. de liber. præter. Etenim cum teſtamentum condidit, ſi ſciuiſſet ſe filium habiturum, non tot legaſſet. Secus ſi parua legata ſint. Angel. in l. vxorem D. de manumiſſ. teſtam. Paul. caſtrenſis & Iaſ. in d. auth. ex cauſa. Item ſi quis fratri ſuo bona ſua, vel partem bonorum, aut alteri extraneo donauerit: ſuperuenientibus liberis donatio reuocatur l. ſi vnquam C. de reuoc. donatio. Verum ſi donatio ſit parui ponderis & momenti, locus nō erit imperatoriæ conſtitutioni in d. l. ſi vnquam licet compluſes ſint, qui contrarias partes tueantur, quos Tiraquellus doctiſsimus iuris interpres euumerat in repetit d. l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. Blad. in l. Titia. §. imperator D. de leg. 2. Hanc conſtitutionem locum habere in donatione rei particularis, communis eſt, & recepta interpretum opinio. Bart. in d. §. imperator Alexander conſ. 162. in 6. volum. Si auus nepti ſuæ mille ducatos in dotem dederit, contemplatione filij, eam dotaſſe præſumitur. Vnde illa dos venit in collationem ſi filia patri ſuo ſuccedere velit, l. dedit D. de collat niſi auus expreſſe dixerit, ſe contemplatione neptis ſuæ, dotem donare. Ita intelligitur l. auus D de iur. do. Item dos à patre data computatur in legitimam, eodem modo, ſi ab auo contemplatione filij data ſit, & hæc eſt cōmunis opinio l. in quartam D. ad l. falci. Dotare autem filias eſt patris non matris, aut auiæ l. neque mater C. de iur. dot. præterea filius & filia legitimi præſummuntur, quos parentes, vt filios educarunt domique nutrierunt l. 1 §. ad quæſtionem D. de quæſtio. Imo ſi mater affirmauerit filios non, eſſe, ei fides adhibenda non eſt l. vlt. D. de probatio. Bald. conſil. 74. in 1. volum. not. in l. filium D. de his, qui ſunt.

Prodigus præſumitur filius, quem pater in teſtamento prodigum nominauit: l. penult. in fin. D. de curat. furio, quod intellige, ſi cum maturo Iudicio dixerit, vt putà, ſi curatorem dederit, alias hæc verba nullum ſortientur effectum l. his verbis §. 1. *D.* de hæred. inſtit. Et. ſi filius, apud bonos, & graues viros malè audiret l. ea quæ C. ex quib. cauſ. infamia. Item filius præſumitur iniuſtè à patre exhæreditatus, Ideoque hæres tenetur ingratitudinis cauſam probare l. omni modo C. de inoffi. teſtam. & l. qui teſtamentum D. de proba. Et ſi iure antiquo onus probandi in filium transferretur l. liberi C. de inofficio teſtam, Si pater quædam filio ob bene merita donauerit, quæ vera eſſe iure iurando aſſeruerit, tunc ſtandum eſt aſſertioni patris, & ita erit remuneratoria donatio Bart. in l. cùm quis decedens §. Titia D. de leg. 3. Alex. in l. ſi donationem C. de collat. Hæc autem bene merita facile probantur. Nam leuiores probationes, & coniecturæ ſufficiunt. Balt. in l. iubemus 2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alex. ind. l. ſi donationem Pater ſi filium verberauerit, filiuſque conqueratur, ſe à patre virgis ac fuſtibus cæſum: præſumitur verberatus, vt reſipiſcat, & ad bonam frugem redeat, modò nimia ſæuitia non appareat, quæ culpæ adſcribenda eſt. l. 1. C. de emend. propinq. & l. ſed & ſi §. vlt. & l. ſeq. D. ad l. Aquil. Item ſi pater filium nebulonem certo loco incluſerit, non incurrit in pœnam priuati carceris Butrio in c. cum contingat ext. de foro compet. Quod ſi iuſſu illius in publico carcere detineatur filius, Iudex ea pœna mulctare debet filium, quæ à patre indicta erit l. ſi filius tuus C. de patr. poteſt Bart. in l. ex facto. in fin. D. de hæred. inſtit. De inde ſi filium reum criminis iudici obtulerit, non præſumitur voluiſſe, vt graui ſuppli. dãnaretur. leg. milites §. penult. D

de

de re milit. Contractus inter patrem & filium præſumitur ſimulatus, & imaginarius l. qui teſtamentum D. de probat. Donatio inter proximos præſumitur propter ſanguinis coniunctionem l. cenſualis C. de donat. l. liber. captus C. de cap. & poſthli. Item ratione ſanguinis, vel officij quis præſumitur aliquid ſcire l. de tutela C. de in integ. reſtit. minor. & c. per tuas. extra, de probat. Hæc, de præſumptionib. quæ circa naturam verſantur.

*Locus à præſumptionibus circa matrimonium. Cap. 2.*

NVNC de his differendum eſt, quæ circa matrimonium occurrunt. Imprimis ſi maritus vxorem verberauerit; præſumitur corrigendi gratia percuſsiſſe, ſi modò leuis ſit caſtigatio, quæ permiſſa eſt docenti. Alexand. & Iaſon. in l. miles §. qui iudicati. in fin. D. de re iudic. gloſ. in l. ſed ſi §. vlt. D. ad l. Aquil. Quòd ſi baculo vxorem percuſſerit, id á lege non approbatur. not. in §. atrox Inſt. de iniurijs. Guido Pape in tractatu ſuo de præſumpt. in penult. charta. Donationes, quæ in vxorem conferuntur á conſagunineis mariti, factæ præſumuntur contemplatione mariti, ideoqu illi acquiruntur. Bart. & Alexan. in l. ſed & ſi plures §. in arrogato D. de vulg. & pup. Item matrimon. dos á patre data præſumitur ex donis patris profecta, qvia patris eſt dotare filiam. not. in l. 1. D. ſolut. mat. & l. Illam C. de collat. & l. quoniam nouella C. de inoffic. teſtamento

Si maritus veſtimenta, & alia coniugis ornamenta ſubiecta pignori luat, vxorique reſtituat, donaſſe præſumitur, l. vtrum D. de donat. inter vir. & vxor & l. vxori § D de leg. 3. in liberæ mulieris conſuetudine, matrimonium præſumitur iure ciuili,

 l. in

l. in liberæ D. de rit nupt. Sed jure Pontificio concubinatus præſumitur. c. 1. & Tot. tit. extr. de concub. Maritus etiam ſi per decennium non petierit uſuras dotis promiſſæ, & non ſolutæ à ſocero: non ided præſumitur dotem ſocero, vel fratribus uxoris remiſiſſe. Iaſ. in l. quæ dotis D. ſolut. mat. Alexand. in conſ. 50. & not. in l. libertis §. 1. D. de aliment. & cibar. legat. Et ſi Bald. in conſ. 474. in 2. volum. Dionyſius de percuſsio. & Alexand. conſ. 74 in 3. & ult. col. in ſuperiori volumine contrarias partes tueantur, nixi authoritate l. cùm quidam §. Divus D. uſur. Verùm hic §. Diuus intelligitur quando uſuræ debentur ex cauſa lucrativa. at hic ex cauſa onerosa. onera enim matrimonii ſuſtinet maritus. Roma. in l. Inſulam §. uſuras D. ſolut. mat. Verùm gloſator in l vir uſuras D. de dona. inter vir. & uxo. not. in l. cùm oportet §. ſin autem C. de bon. quæ lib. contendit, ſi maritus conſtante matrimonio, nec dotem, nec dotis uſuras petierit, ſemperque tacuerit. tunc uſuras videri remiſiſſe. not. in l. cùm poſt §. uſuras D. de jur. dot. Deindè maritus recipiens dotem, uſuras, & id, quod intereſt præſumitur remiſiſſe. not in l. 4. C. depoſ. Bald. & Alex. in l. ſi marito §. ſi fundum, D. ſolut. matrim. quemadmodum maritus ſi cum uxore commoretur, & cum ea rem habere, & liberis operam dare præſumitur. Vnde ſi in domicilio uxoris in jus vocatus ſit maritus, rectè citatus præſumitur, ut uxor, quæ in domo mariti in jus vocata eſt in cap. 1. qui matrimon. accuſ. poſſ. Doct. in capite quoniam frequenter §. ſi verò extra, ut lite. non conteſtat. Nam ſimul habitare compelli poſſunt, cùm matrimonium ſit divinæ & humanæ domus conſortium. Cardin. In clem. cauſam §. 1. de elect. Baldus in lege adeo. C. quomodo & quando judex. Qui filios procreant, præſumun-

ſumuntur ſummo amore patriam proſequi, unde ſi ..habuerint; immunitatem conſequuntur, lege in albo, Codice de decurio. lib. 10. Divus Auguſt. lib. 19. de civita. Dei, lege 1. C. de infir. pœn. cæl. l. ult. §. pen. D. de bon. damnat. & aliis in muneribus publicis anteponuntur. Item, cum uxore rem habuiſſe præſumitur, qui diu cum ea conflictatus eſt, in cap. 1. de frigid. & malef. c. nec aliqua 26. q. 1. Nec præſumitur ineptus ad generationem maritus c. quia. quinquageſima diſt. Vxores facilè decipi & circumſcribi à viris præſumuntur, ut & ſeduci §. his conſequens in authen. de æqual. dot. & §. 1. in authen. ut immob. aut nuptialia don. Vxor, quæ poſt mortem mariti ſe proſtituit, præſumitur conſtante matrimonio adulterium commiſiſſe, l. ſi ij qui C. ad legem Iul. de adulter. Adeò ut Paulus Caſtrenſis, conſil. 50. quæſt. 3. revoca in dubiũ in 2. Volum. doceat ſtatutũ loquens de uxore, quæ ob adulteriũ dote privatur, id ad viduam eſſe extendendum, cum fictione juris in matrimonio eſſe dicatur l. ſororem C. de his quibus inut dignis & ibi Paulus. Quemadmodum uxor ſuperſtite marito, fructus rerum mariti, jure familiaritatis collegiſſe præſumitur: Ita & poſt mortem, ne cauſam poſſeſsionis & titulum mutaſſe videatur l. ob maritorum C. ne uxor pro mari l. 3. de acqu. poſſeſſ. Vxor potiùs præſumitur res à marito ſubtraxiſſe, quam ab adulteris ob rem veneream accepiſſe. Aretinus conſil. 31. in penult. colum. quia minus delictum eſt, & ut ſuſpitio turpis quæſtus vitetur, l. Quintus D. de donat. inter vir. & uxor. l. etiam C. eodem. Si uxor in virum litem intenderit, pendente lite petere poteſt, interim ſibi provideri ſuper bonis mariti, ne omni auxilio deſtituatur. Quod ſi judex ita edixerit, iuſta illius ſententia præſumitur. Eo-

dem modo ſi pater filium ſuum agnoſcere nolit, interim, & pendente lite penſionem, & alimenta petere poteſt vt docet Bartolus in l. ſi neget D. de liber agnoſc. Salicet. in. l. vlt. C. de alend. liber. Hoſtienſ. & Abb. in c. ex parte extra de accuſat. Si vxor poſt mortem mariti & poſt annum luctus quædam emerit, & acquiſierit: non præſumitur ex bonis defuncti mariti, comparaſſe, ſecus ſi incontinenti, id eſt, intra annum luctus Angel. conſ. 1. q. 1. ſuper gloſ. in d. le. Quintus & Bald. in l. cum oportet C. de bon. quæ li. & l. vlt C. de pignor. Verũ ſi concubina acquiſierit, præſumptio eſt ex bonis amaſii rem partam fuiſſe, vt recte docuit Bald. in l 1. C. de naturalibus li. Mariti præſumuntur eſſe, quæ in ſuis ædibus inueniuntur. & ſi ſint vxoris. d. l. ob. maritor. Vxor. quæ λαχανοπώλιδ Euridicis matri ſimilis, publice minutatim merces diuendit, negotiatrixq́; publica, non præſumitur de bonis mariti acquiſiſſe Bald. in d. l cum oportet: C. de bonis quæ lib. vel ſi plura alia bona præter dotem haberet vxor, quæ à Græcis parapherna dicuntur Rom. conſ. 159. & ſuper in 2. col. Alex. conſ. eo 40. in 3. volum. Si vxor conſtante matrim. quædam comparauerit, maritusq́; interuenerit in ipſo contractu, affirmaueritq́; pecuniam eſſe vxoris ſuæ, eamq́; vxor numerauerit conſentiente viro, hæc confeſsio quidem nocet marito, ſed non tertio creditori Nam talis confeſsio inter perſonas prohibitas, donatio præſumitur, quæ inter virum & vxorem prohibetur. vide plura apud Ioannem Nicolaum d. l. Quintus & l. cum propria C. ſi quis alteri vel ſibi & l. qui teſtamentum D. de probat. Verum ſtatur huic confeſsioni mariti ſi morte confirmata ſit, ex Baldo. in conſilio 66. in quinto vol. l. ſi non verum & l. ſi filij.

verſ.

verſ ſi non donandi animo C. de donat. inter vir &c. vxor. Si maritus confiteatur in inſtrumento dotali, ſe mille ducatos in dotem á ſocero accepiſſe, quos ſoluto matrimonio ſe reſtituturum pollicetur. præſumitur iam recepiſſe, & per coſequens ius quæſitum filiæ. not in l. quoties D. ſolut. mat. l. 3. §. vlt. vbi Bart. D. ad Sylle. Hæc de præſumptionibus & coniecturis, quæ circa virum & vxorem verſantur.

*Locus à præſumptionibus circa iudicia magiſtratus & iudices. Cap. 4.*

NVnc de his, quæ circa magiſtratum, eiuſque iudicia conſiſtunt diſputemus. Imprimis pro iudice, & quolibet magiſtratu præſumitur. Vnde ſi quid in iudicio omiſſum ſit, litigantis culpa prætermiſſum præſumitur, §. ſuper hoc autem in auth. vt nulli iud Bart. in l. damni, §. Sabini D. de damno infect. Sententia aduerſus abſentem lata, præſumitur ob contumaciam lata, non quòd iniuſtam cauſam foueat, l. Papinianus §. meminiſſe vbi Bart. D. de inoff. teſta. l. & ideo D. de euictio. Iudicium ob contumaciam abſentis pronunciatum ex confeſsione, & poſitionibus litigantis, & teſtium: ſi poſteà iudicio ſiſtat, & contrarium probare velit, audiendus eſt, ſecùs ſi ex illius ore confeſsio extorta ſit. Anton. in c. vlt. extra de confeſſ. gloſ. in c. ex tuarum. extra, de purgat. canon. Imol. in l. creditor, § iuſſus D. de appell. Item ſententia contumaciæ non facit præiudicium in alia cauſa, etiam ſi ſint eædem partes, l. 2. §. Diuus &c. l. eius qui delatorem D. de iur. fic. Iudex, ſi reo impunitatem criminis polliceatur, ſi confiteatur, non ideo ſtare debet pollicitis, cum iure non poſsit promiſſa ſeruare, quæ ſunt contra ius publicum. Verum ex tali confeſsione nuda reus condemnandus non eſt

Fely.

Fely. in c. adferte mihi. de præ. ſumpt. & c. accedens. vt lit. non conteſta. Bald. in c. 1. §. 1. de pac. iuram. firma. not. in l. illicitas. §. veritas, D. de off. præſid. l. i in fin. D. de quæſt. Iudex, qui & ordinarius, & delegatus eſt, ſi ſimpliciter iudicium ferat, præſumitur in ea qualitate progreſſus, quæ actum corroborat, atque confirmat. Abbas in c. cum ex officij. in 9. col. extra. de præſcrip. Imo ſi in iudicis ſententia cauſæ duæ exprimantur, vna vera, alia falſa: ex vera iudicium fulcitur. Innoc. in c. præſentia. extra. de renunciat. not. in l. 3. D. de teſtam. milit. Iudex vel quilibet magiſtratus idoneus præſumitur, & eſt violenta præſumptio. Sacrilegii enim inſtar eſt, dubitare an ſit dignus, quem princeps elegit. not. in l. ſacrilegii inſtar eſt C. de diverſ. reſcrip. Si de reo & actore diſputemus, hæ regulæ notandæ ſunt. Prima eſt: In ambiguis pro reo judicandum eſt, quia favorabiliores rei potius, quám actores habentur l. favorabiliores D. de reg. jur. Ariſtot. in problematis. Item ſi actor paratus ſit, judicio ſiſtere: reo datur dilatio, l. qui accuſare C. de edendo, & c. ſciant. 2. q. 8 Spec in §. 1. Tit. de præpar. judic. Deinde Iudices proniores eſſe debent ad abſolvendum reum, quám ad condemnandum, ideoq; abſens abſolvi poteſt, ſed non condemnari l. abſentem D. de pœn. l. inter pares D. de re. Iud. Sciendum eſt, in actis, per quæ lis inſtruitur, id eſt, in præparatoriis judiciorum, actori fauendum eſſe potiùs, quám reo, l. de die D. qui ſatis dat. cog. l. ſi quis intentione D. de jud. l. inter ſtipulantem §. 1. D de verborum obligat. At in medio cauſæ. Idem eſt favor actoris & rei, d. l. de die & c. cùm ad ſedem. extr. de reſtit. ſpol. Nec obſtat quod dici ſolet, in medio cauſæ, actor compellitur edere inſtrumenta reo, non reus actori. l. non eſt novum C. de edend. Quia

hæc

hæc non tam media cauſæ reſpiciunt, quàm cauſæ Deciſionem: at in actis, per quæ lis deciditur, reus eſt favorabilior actore, l. qui accuſare C. de edend. In criminalibus cauſis, actore non probante, reus innocens præſumitur, ideoq; abſolvitur, & actor tanquam calumniator incidit in pœnam Turpiliani pœnamq; talionis jure ſuſtinet. At moribus Gallorum, calumniator tantum ad id quod intereſt, damnatur, d.l qui accuſare l. 1. cum ſeq. D. ad ſenat. Turpil. Si de contarctibus agamus, hoc juris axioma tenendum eſt, præſumi ſemper pro inſtrumento, §. nos autem. in auth. de Tabellion. & l. ſciendum D de verb.oblig. notant Doct. in Rub. C. de fide inſt. Qui omnia ſua bona, vel majorem partem vendit, præſumitur in fraudem creditorum diſtraxiſſe, l. omnes §. Lucius D. quæ in fraudem credito. Bart. in l. poſt contractum D. de donat. Eodem modo, ſi venditor remanet in poſſeſſione rei venditæ, vel ſi conſangvineo, vendiderit, vel donaverit hujuſmodi alienationes & donationes in fraudem factas eſſe lex præſumit. Speculator in § 1. verſ. item pœnæ aliquis Tit. de donat. Si in inſtrumento ſit error, aut ad munus & officium notarii pertinet, ut ſi in Indictione ſit error: tunc præſumitur error notarii, aut ſpectat officium contrahentis veluti in re vel confinio, error contrahentis, præſumitur. Nec enim præſumitur notarius præſcripſiſſe, niſi quæ à cõtrahentibus dicta ſunt. Publicum enim munus præſumptionem bonæ fidei inducit, l. cùm precibus D. de probatio. Bald. in l. errore C. de teſt. c. Illud in fin. extr. de præſumpt. l. quoties §. ſed ſi in corpore D. de hæred. inſtit. Deinde inſtrumentum, quod Notarius contrahentibus tradidit, non præſumitur originale, ſed penes Notarium remanſiſſe, Bart. in l. ſi quis ex argentariis §. ult. in fin. D. de edendo. Item, nemo

ſumitur ignorare vires ſui patrimonij, l. quiſquis C. de reſcind. vend. Qui clam donationes, vel contractus ineunt, vel qui noctu Iudicant: præſumuntur fraudem commiſiſſe, c. vnic. extr. vt eccleſiaſt. benef. ſine diminut. confer. Item, ex clauſulis inſolitis fraus præſumitur, Bald. in l. quæ ſub conditione D. de condict. indeb. & l. ſi quis ſub conditione D. de condit. inſtit. Si quis vno, eodemque die duobus eandem rem vendiderit, is prior præſummitur, qui, precium numerauit, vt docet Baldus, in cap. Si de feudo fuerit controuerſ. Donatio præſumitur inter coniunctas perſonas, l. ſeruus communis D. de donat. inter vir & vxo. & inter eas facilè præſumitur remiſsio, l. Procula D. de probat. Debitor penſitationis annuæ, ſi probauerit ſolutionem triumannorum poſteriorum, ex antecedentibus annis nihil debere præſũitur, gloſ. in l. 2. C. de iur. ẽph in fin. Qui penes ſe inſtrumentum habet, & aſſerit, ſe eſſe creditorem nominatum in inſtrumento, ei ſtandum eſt, cùm is eſſe præſumatur, arg. l. ſi qua per calumniam C. de epiſc. & cler. gloſ. in l. vlt. C. de pact. conuent. Si pater filio tanquam bene merito donet: non præſumuntur bene merita, niſi probentur, not in l ſi donatione C. d collat. niſi coniecturis et, probationibꝰ leuioribus de his cõſtaret, vt tradunt iuris interpretes, in d. l. ſi dõatione. At Bald. contendit, ſi pater iurauerit bene merita, ei fidem adhibendam eſſe, Bald in d. l. ſi donatione. Guido Papæ quæſt 95. Si inſtrũm. penes debitorem reperiatur, præſumitur ſoluiſſe, ſi ſit extraneus, l. qui chyrographum D. de probat. non ſi domeſticus. Nam tunc tenetur probare ſibi inſtrumentum à creditore reſtitutum fuiſſe. l. ſi de poſſeſsione C. de probat. l. 1 §. Ille autem C. de Latina libertate. tol. vbi gloſ. Idque quinque teſtibus probatur. Verum

ſi

ſi, debitor penes quem inſtrumentum reperitur, non alleget ſolutionem, ſed pactum de non petendo: tunc incumbit ei onus probandi, l. Labeo cum ibi notatis D. de pact. cùm nemo præſumatur iactare ſeu donare ſuum, l. cùm de indebito, §. ſin veró D. de probatio, l. ſi veró non remunerandi §. ſi adoleſcens D. mandat, donare enim eſt perdere ex Iuriſconſulto, in l. filius familias in princip. D. de donat. Inſtrumentum ſuſpectum præſumitur, ſi in eo diuerſæ ſcripturæ reperiantur, §. 1. in auth. de triente & ſemiſſ. Confeſsio erronea non præſumitur, niſi error probetur, Bald. in l. verba, C. de falſa cauſ. adiect. legato. Donatio inter concubinam, & amaſium præſumitur, & permittitur iure ciuili, niſi Doctor, vel miles ſit, l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. Bart. in l. affectionis D. donat. At iure canonico, donatio prohibita eſt ex quorum ſententia, licet eorum opinio nulla auctoritate fulciatur. Bar. in l. affectionis D. de donat. l. miles ita §. mulier D. de teſtam. mil. Doct. l. miles in princip. D. de re Iudic. Donatio in conſanguineum collata, non præſumitur remuneratoria, ſed ex mera liberalitate profecta l. Aquili. D. de donatio. Donatio præſumitur, ſi dos ab extaneo promiſſa ſit, modò is ſibi reddi ſtipulatus non ſit l. 1. § accedit. C. de rei vxor. act. Alex an in l. ſi donatur D. de condit ob cauſ. Donatio facta præſumitur ei, in quem confertur donatio, quique in contractu donationis nominatus eſt. Bald. in l. 3. C. quib. ad libert. proclam. non licet. Donatio præſumitur, ſi ſit mutua. l. ſi veró non remunerandi §. deinde D. mandat, gloſ. & Doct. in l. quæ dotis D. ſolut matrim. Bald. in l. 3. C. de iur. dot. Item donatio in pauperem, vel nobilem collata præſumitur, gloſ. in l. vxori §. vlt. D. de leg. 3. Baldus in l. 1. C. ad Vellei a. Vel ſi ſit parui momenti & ponderis

gloſ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0129-0

gloſ. in l. cum quid D. ſi cert. petat. Item, donatio in his præſumitur, quæ á ſponſo dantur ſponſæ, eſtq; loci conſuetudo attendenda, l. cum plures cum §. tutor, D. de admin. tutor Bald. in l. 2. C. de Iure dot. Item ſi quis conſulto indebitum ſoluerit, donare præſumitur, l. cuius per errorem D. de reg. iur. Item, ſi pro filijs mater ſtipuletur, vel ſi merita antecedant, quæ donationi reſpondeant, Bald, in l. ſi cautio C. de fide inſtr. Vide plura apud Bal. in d. l. 2. Et Iaſ. in ſi procuratori D. de condict. ob cauſ. col. 2. verſ. ſecundo not. Donatio autem rerum communium vxori facta, ſcientib. & præſentibus fratribus donatoris, ad quos pars rerum donatarum pertinebat; in eorum præiudicium rata eſt: ratione. n. conſanguinitatis donare præſumuntur. l. ſi ſeruus communis §. vlt. D. de donatio inter vir. & vxor. Donatio non præſumitur, ſi ex alio actu interpretationem accipere poſsit l. ſi cum aurum D. de ſolut. l. cum de indebito D. de probat. Donatio non præſumitur ex depoſito per alium facto in gratiam alterius, etiam ſi ſit vxor. l. donationes §. penult. D. de donat, l. etiam ſi vbi Bart C. de donat. inter vir. & vxor. Donatio in fraudem facta præſumitur, cum donator poſſeſsionem rei donatæ retinet e Bald. in l. Illud C. ſacroſ. Eccleſ. Bald in. l. ſicut § ſuperuacuum. quib. mod. pig. vel hyp. ſoluit. niſi ex alia cauſa poſsideat, ſcilicet Titulo locati, vel precarij: vt docet Baldus in l. 1. C. de donat. ant. nupt. Donatio omnium bonorum, vel maioris partis, in fraudem facta præſumitur. l. omnes in §. Lucius. vbi Dyn. & Bart. D. de his quæ in fraud. cred. Donatio in fraudem facta præſumitur, cum quis penes ſe vſumfructum rei donatæ retinet l. quiſquis C. de donatio. Donatio plurium rerum particularium fraudis ſuſpicionem inducit.

ducit. Bald. in addit. ad Spec. de donat. ver. vlt. & l. 1. C. ſi quid in frau. patr. Angel. in l. 1. C. de dona, inter vir. & vxo. Donatio quæ noctu, vel clam contrahitur: in fraudem facta præſumitur. Ang. l. vlt. D. de erit. nupt. l. non exiſtimo D. de adminiſt. tut. Donatio cauſa mortis à marito vxori facta cum traditione, licet vir vt adminiſtrator penes ſe retineat. in fraudem non præſumit. Bald. in l. excutorem C. de execut. rei iud. Donatio à patre in filium emancipatum collata, non præ. ſumit. in fraudem facta. Bald. in add. ad. Speculat. Tit. de donat. verſ. ſi pater Donatio in fraudem præſumitur, ſi ſit inter viuos. Bald. in l. 1. C. ſi quid in fraud. patron. Donatio in fraudem contracta præſumitur, ſi paulo poſt crimen à donat. commiſſ. ſit. l. ſi veluti D. de priuileg. credit. Cynus in l. ſi quid C. de bon. damn. Quid donationem in fraudem factam eſſe contendit, ei onus probandi incumbit. Speculator. de donatio. Si prælatus ſuis parentibus, & vt aiunt, ſuis benefactoribus donauerit: huiuſmodi donatio ſimulata præſumitur, & Simoniam redolet. Bald. in l. ab Anaſtaſio C. manda. Contractus in ambiguis verus, non ſimulatus præſumitur, niſi coniecturæ legitimæ occurant l. ſed ſi maritus in fin. D. qui & à quib. c. vlt. de renunciat. in 6. Contractus ſimulatus præſumitur, ſi Notarius inſtrumento venditionis hæc verba inſeruerit: Titius verè, non ſimulate Sempronio domum vendidit. Nimia enim cautio, cautio non eſt, Ant, de But. in c. ad noſtram de empt. & vend. Bald. in l. emptione, C. plus valer. quod agit. quàm quod, l. teſtamentum in fin. C. de teſtament. vbi Iaſ. contractus ſub imagine celebratus præſumitur, ſi ante contractum emptionis, contrahentes de mutuo egerint, vt poſteà emptio ſub pacto, de retrò vendendo, contraheretur, c. ad



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0131-7

noſtram extr. de empt. & vendit. Et ſi hæc verba in contractu ſcripta reperiantur; talis emit: non tamen emptio & venditio eſt, ſed pignoratitius contractus præſumitur, ut ſcilicet, ſi intercesserit pactum de retrò vendendo, modicitas pretii & conſuetudo fœnerandi. in c. I lo vos. extr. de pig. Bald. poſt Odofre. in l. emptione, C. plus val. quod agit Hoſtien. & Imol. in d. c. ad noſtram Boer in ſuis Deciſionibus. Et hoc Iure in Gallia utimur. Contractus ſimulatus præſumitur, cùm pactum apponitur, emptorem cogi domum emptam locare venditori, qui aliás non erat venditurus, Ioannes Bertachinus in litera C. in prima part. fol. 212. Contractus ſimulatus præſumitur, qui læſionem circa pretiũ continet. gloſ. & Doct. in l. ult. C. de rei vendic. Contractus ſimulatus præſumitur, cùm eſt læſio in contractu locationis circa penſionem annuam. Bald. in §. donare in 3. col. qualiter olim feud. pot. ali. Contractus imaginarius præſumitur, ſi pars rei vendatur, & altera donetur. Contractus fœneratitius præſumitur, ſi res minoris vendita ſit, deindè accedat conſuetudo fœnerandi, l. emptione. ubi Doct. C. plus vale. quod. c. ad noſtram. extra. de empt. & vendit. Et pactum de retro vendendo intervenerit. Contractus fœneratitius præſumitur, ſi plures cautiones, & clauſulæ inſolitæ adhibitæ ſint. Bal. in l. etiam C. de excep. rei judic. Bald. in l. ſi quis ſub conditione D. de cond. Indeb. Contractus fœneratitius præſumitur, ſi quis fructus (ut ajunt) in herba vendiderit, id eſt ante tempus, vili pretio. Doct. in c. in civitat. extrà de uſur. Bald. in rub. C. de uſur. Contractus in dubio non præſumitur fœneratitius. Bald. in l. rogaſti §. ſi tibi in fin. D. ſi cert. petat. arg. leg. ſi ea & ibi Bald. C. de uſur. Fœneratitius contractus præſumitur, ex Immodera fru-

ctum

ctuum quantitate reſpectu pretii. Arch. in c. plerique 14. q. 3. Bald. in l. ult. in fin. C. de condit. inſert. Contractus venditionis fœneratitius non præſumitur, & ſi ſit pactum de retro vendendo, licet emptor lucretur fructus medii temporis, ante moram. Bald. in l. 2. in fin C. de pact. inter empt. & vend. compoſ. Contractus non ideò fœneratitius præſumitur, quod contrahens fœnerari conſueverit, ſed oportet ut de uſura conſtet Bal. in l. interpoſitas. col. 1. C. de tranſact. l. emptione C. plus valer. quod Contractus in fraudem præſumitur, quando à lege interdicitur l. ſed & Iul. §. 1. D. ad Macedo. gloſ. in l. contra D. de legi Alex. conſ. 53 in 4. part. Contractus inter medicum & ægrotum initus, nullus eſt: nam in eo metus præſumitur, Sicut in contractu inter cauſarum patronum, & clientem l. medicus D de var. & extr. Bald. in l. ſanum & l. interpoſitas C. de tranſact. Contractus imaginarius dici poteſt ab uno contrahentium, & velit probare fictum eſſe audiendus eſt, etiam ſi juſiurandum acceſſerit, quod ab Epiſcopo remitti ſolet. Imol in l. nemo poteſt D. de leg. 1. Bart. in l. filios de his quæ in fraud. C. Paulus caſt. conſ. 80. Contractus ſimulatus pro non facto habetur, nec dicitur contractus, ut docet Paulus caſtrenſis conſ. 7. l. nuda D de contra. empt. Bart. in l filios C. de his quæ in fraud. cred. l. emptor. D. de aqua pluvia Imò ipſo iure nullus eſt. In actu diuturno & antiquo, omnia præſumuntur ſolenniter acta. Bart. in l. ſciendum D. de verb. oblig. Filius præſumitur ſcire teſtamentum patris. Idem de hærede extraneo dicendũ eſt Bart. in l. is poteſt. de acqu. hæred. & l. qui Romæ §. duo fratres D. de verb. oblig. Teſtator præſumitur mortuus, ſi illius teſtamentum ut vulgus loquitur) groſſatum in judicio deductum eſt. Bart. in l. edicto C. de edict. divi Adrian. tol.

Teſtator plus dixiſſe, & minùs ſcripſiſſe præſumitur, ne videatur alias ſucceſsiones ſuis prætuliſſe, æquitate ſuadente l. cùm auus D. de condit. & demonſt, & l. cùm acutiſsimi C. de fidei comm. l generaliter § cum autem C. de inſtit. & ſubſtit. Teſtator præſumitur legata ab inſtituto, à ſubſtituto voluiſſe repetere: l. licet Imperator D. de leg. 1. tollitur tamen hæc præſumptio per contrariam præſumptionem: Ratio eſt, quia ſi grauamen primo Inſtituto impoſuit, & per conſequens magis dilecto: multo magis cenſetur voluiſſe grauare eos, qui ita dilecti non ſunt. l. Publius §. vlt. D. de condit. l. Diuus D. de in integ. reſt Quando legatum eſt nominatim relictum ad hærede, eius nomine expreſſo: tunc non cenſetur repetitum. ſi l. plures D. de leg. 3. l. Celſus §. vlt. D. de le. 2. Teſtator ſi faſſus eſt, ſe fuiſſe fœneratorem, ſemper talis præſumitur fuiſſe. Feli. in c. vlt. de præſump. not. in c. ex parte. extra. de cenſib. Fit autem hæc interpretatio in fauorem animæ, vt hæres eam exoneret. Teſtator ſi inſtituat quendam extraneum & eius filios, non intelliguntur ordine ſucceſsiuo vocati filij: ſed ſimul cum patre, propter naturam copulæ quæ omnes eodem tempore vocat. l. ſi duobus D. de leg. 1. l. vni. §. is ita C. de caduc. tol. Teſtator præſumitur legare ius quod habet in re, etiam ſi legatum eluſorium redderetur l. ſi domus §. vlt. D. de leg. 1. & l. ſerui electione §. cum fundus eod. Tit. Teſtator æger teſtamentum condens, ſi inſtituit partum, ſi vxor ſua prægnans eſſet, dato, quòd tunc non eſſet prægnans, ſed deinde poſt aliquot annos peperit: cenſebitur iſte inſtitutus. Idem, ſi tunc peperit: arg. l. placet & l. Titius §. 1. D. de lib & poſth. & l. vlt. C. eod. Bald. conſ. 128. in 1. volum. Teſtator ſi legauerit rem communem: præſumitur tamtum partem

tem ſuam legaſſe l. ſerui §. cum fundus. & l. ſi dominus §. vlt. D. de leg 1. Petrus de Ancarano conſ. 102. Teſtator præſumitur voluiſſe, voluntatem ſuam diſpoſitioni iuris conſentaneam eſſe. Vult enim, quod lex municipalis, vel ſtatutum conſtituit.

Barba. docet textum ſingularem In l. ſi duo D. de acquir. hæred l. fidei commiſſa §. ſi verò, D. de lege. 3. Teſtator moriens ſi confiteatur ſe debitorem, & ære alieno obſtrictum, an ſuos hæredes obliget. vide Bartolum l. cùm quis decedens § codicillis D. de leg. 3. Iaſonem in l. ait, Prætor. §. item ſi quis D. de jurejur. Alexand. conſ. xlv. in 2. col. in 1. volum. & conſ. 26. in 2. volum. Teſtator eorum quæ tempore mortis poſsidebat, dominus præſumitur l. 1. C. de privileg. fiſc. Vbi gloſſ. & in lege 1. C. de edict. Diu. Adri. toll. Hæres, ſi Repertorium ſeu inventarium obtulerit in judicio, & juret alia non eſſe bona in hæreditate: præſumitur verum dixiſſe, & incumbit onus probandi legatariis & creditoribus l. ſcimus §. licentia C. de jure deliber. Guido pap. q. cxlij in fin. Si teſtator ultimam ſuam voluntatem minus ſolennem revocauit: præſumitur voluiſſe hæreditatem venientibus ab inteſtato relinquere. Guido papæ quæſt. 100. Hæres præſumitur res hæreditarias ſubtraxiſſe, ſi repertorium non confecerit, §. ſcimus in auth. de hæred. & falc. Vnde hæres fidei commiſſarius, ſi repertorium non conſcripſerit: Trebellianicam amittit. Bart. in l. Marcellus D. ad Trebel. Guido pap. quæſt. 51.

### *Locus à præſumptionibus circa privilegia.* *Cap. 5.*

NVNC de privilegiis diſſerendum eſt. Privilegium dicitur, quaſi priuata lex, ideoq; ſtrictam interpretationem recipit, cum à jure communi

abhorreat. Decius in l. in teſtamento D. de teſtam. milit. privilegiatus præſumitur potius uti velle privilegio, quam jure communi, cum actus alias ſubſiſtere non poſsit l. 3. D. de teſtam. milit. & arg. l. ſi quando D. de leg. 1.

Privilegiatus in dubio præſumitur, jure communi uſus, ſi actus eo jure conſiſtere poſsit. l. nolumus C. de teſtam. l. ab emptione D. de pact. Renunciare privilegio facilius quis præſum. quàm juri communi. l. miles §. lex. ad le. Iul. de adult. Butr. & Imola in c. 1. de tranſact. gloſ. in l. 2. in verb. conſenſu D. de jud. Privilegiatus in dubio præſumitur, potius uti velle jure communi, quam ſpeciali l. quanquam C. de teſtam. milit & l. centurio ubi Paulus D. de vulg. & pup. Sunt aliæ præſumptiones, quæ circa varia & diverſa ſubjecta verſantur, quarum hic erit ordo & ſeries. Cum quis ſemel animum, voluntatemq; patefecit: ſemper in ea præſumitur remanſiſſe, niſi contrarium probetur, l. non ad ea D. de condit. & demonſt. gloſ. in c. illud extr. de præſumpt. Voluntas finitur morte, unde uſq; ad mortem permanſiſſe præſumitur. l. ſcimus C. de teſtam. not. in l. cùm hic ſtatus §. . in verb. forſitan. D. de donat. inter vir. & uxor. Semel malus, ſemper præſumitur malus, in eodem genere delicti l. ſi cui §. hiſdem D. de accuſat.

Bonus præſumitur, qùi cum bonis verſatur, malus, qui cum improbis l. ſi plures §. ſi pares D. de adminiſt. tutor. Cur autem bonorum conſortium malorum conſortio præferendum ſit, præter Davidicum illud, cum ſancto ſanctus eris, & cum perverſo perverteris. Pſalm. 17. veriſsimum eſt illud Theognidis Gnomographi Megarenſis oraculum, Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι &c. hoc eſt:

*Nanq; docent bona cuncta boni, conſortia prava*
*Corrumpunt mores ſcilicet ante bonos.*

Qui virtuti ſtudet, bonus præſumitur, & ſtudioſus Ioan. de Graſsis in c. ex ſtudiis extr. de præſumpt. Simplicitas perſonæ removet doli ſuſpitionem, ut in ruſtico, l. ubi in princ. D. de eden. Bald. in l. ſcimus C. de jur. delib. Vicinus præſumitur ſcire facta vicini, l. ſi vicinis C. de nupt. l. 1. D. de flum. & c. quoſd. de præſumpt. Guido Pap. lib. de præſump. Qui litis conteſtatæ tempore poſsidet. ſemper præſumitur poſsidere, niſi contrariũ probetur, Ioannes de Graſsis in c. per venerabilem de excep. Dominum præſumitur ex poſſeſsione præſenti, not. in l. edicto C. de edic. Divi Adria. toll. gloſ. in l. pen. C. de cond. inſt. Si quid donatum ſit legato principis, non contemplatione principis donatum, ſed ſui præſumitur, nam legatis munera dari ſolent, l. Divus D. de bonis dam. Doct. in l. ſi verò §. Item quicquid D. ſolut. Ioannes Lupus ſuper. rub. de donat. inter vir & uxor §. 45. Non præſumitur metu contraxiſſe, qui intervenientibus conſangvineis, & affinibus ſuis contractum inierit, l. tranſactionem C. de tranſact. doct. gloſ. & Bald. in l. polla C. de his quib. ut indig. in c. cauſam extr. de offic. de leg. Vnde tutores cum pro pupillis quid gerunt: ſolent parentes & conſangvineos vocare, ut abſit ſuſpitio fraudis. Verum excuſarentur, ſi dolo conſtaret, not. in l. etiam C. ſi tutor interve. Paul. Iaſ. in d. l. Polla. Si ſint duo fratres ſocii, & unus acquiſierit: de communitate bonorum præſumitur comparaſſe, ſi ſimul poſt mortem patris habitent, arg. l. ſi fratris D. pro ſoc. Specul. in Tit. de judi. §. ſequitur. Minores & fœminæ præſumuntur ignorare jus, & privilegium in eorum favorem indultum: ideo certiores fieri debent. Alioqui, ſi renunciaverint, nulla erit renunciatio. l. 2. in

ſin. D. de iur. fiſc. & l. 1. in fin. D. de edendo l. cum de indebito §. ſin autem D. de probat. Cæterùm minoris priuilegium, ſeu beneficium reſtitutionis eſt maius mulieris beneficio, l. vlt. vbi Salicet. D. ad ſenatuſc Vell. Vnuſquiſque præſumitur viuere annos: vnde vſque ad centeſimum annum præſumitur quis uiuere, niſi de morte appareat, l. vlt. C. ne ſacroſ. Eccle. an vſus fructus D. de vſufr. gloſ. Bart. & Doctor in l. 2 §. dubitetur D. quemadm. teſtat aper. Seniorib. deferendum eſt; præſumuntur enim rei veritatem melius ſcire. c. de quibus 20. diſtinctio §. ſi vero aliqui in auth. de quæſto. Leuit. 19. cap. Qui ex nobili proſapia deſcendit, nobilis & ſtudioſus præſumitur. nam patrem ſequitur ſua proles, & qualis erit mater filia talis erit: l. quod ſi nolit §. qui mancipia D. de edilit. edict. doct. in l. iubemus §. filios vbi gloſ. C. de aduocat diuerſor. Quod ſi nobiles mercaturam exerceant, vel ſint artifices: deſinunt nobiles eſſe. Imo viles ſunt. l. antepen. de Cohortalib. lib. 12. C. l. 1. C. de perfect. dignita: Quæ autem ſint artes viles, docent Imperatores Romani. l. 1. C. de excuſa art. lib. 10 C. & l. ne quis de dignit. lib. 12. C. l. maximarum C. de excuſat. muner. Spec. in Tit. de cleric. coniugat. in 2. col. Noſtri autem iuris interpretes exiſtimant, nobilitatis non amittere, ſi per alios mercaturam exerceant vel aliam artem, etiam vilem, ut docet Alber. de Roſa in l. humilem C. de inceſt. nupt. Vt ſi quis tabernam exerceat, & vinum minutatim diuenditer per ſeruos, ſeu famulos, non ideo ius nobilitatis amittit l. quæ adulterj C. ad Iul. de adult. Dom. de Sancto Geniniane in c. de vir. & hon. cler. in 7. Vnde ſacerdos tabernam vinariam per famulos exercens, non incidit in prohibitionem canonis, vt docet Do. de ſancto Geminiano. ex c nulli 44. diſtinct. Si equus, vel

vel aliud animal, pignori creditori datum ſit: expenſis creditoris nutritum fuiſſe præſumitur. Bart. Imol. Alexand. & Iaſon in l. cùm ſeruus D. de verb. oblig. Nemo præſumitur vento vixiſſe. vnde pupillus præſumitur enutritus & educatus à Tutore; niſi probetur contrarium. Not. in l. vlt. C. de alim. pupillo præſtand. Communis Doctorum opinio in dubio, verior præſumitur, & in ambiguis ſecundum communem iudicatur. l. 1. §. crebrior D. de offic. quæſtor. Imò vnius doctoris eximij auctoritas, & opinio, á dolo excuſat, & ab expenſis & ſumptibus litis. Cardinalis in clem. 2. de magiſt. Bald. in aut. generaliter C. de Epiſt. & cler. Barbat. in clem. ne Romani, de elect. Alexand. conſil. 76. Item mutatio non præſumitur, niſi probetur, cum ſit accidens, quod non præſumitur, ut docet gloſ. in l. ſi vero §. qui pro rei qualitate D. qui ſatiſd. cogantur. Vnde qui fuit malus, talis præſumitur vt ſupra dictum eſt. Deinde omnia prædia præſumuntur, niſi contrarium probetur, cum natura libera ſint, ſicut & homines, & cætera animal l. altius C. de ſeruit. Doct. in §. ius autem gentium. inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Alexander conſi. 29. in 1. volum. At iure Gallorum nullum eſt prædium quod ſuperiorem non agnoſcat, vnde noſtri aiunt: in hoc regno neminem tenere in allaudium. Prædium feudale, non præſumitur: niſi actus, qui interuenire ſolent probentur, vt petitio inueſtituræ c. 1. §. ſi vero, quæ ſit inueſtitur. in vſib. feudor. not. in l. certis annis C de pact. Quis non præſumitur baptisma ſuſcepiſſe, niſi probetur, ſicut nec ſacerdos, nec ſacris initiatus. in c. paruulos. de conſecratio diſt. 4. & c. presbyteri. 68. diſtinct. Qui fulmine excommunicationi fictus eſt, ſemper excommunicatus præſumitur. c. ſicut nobis vbi abbas extra. de ſent. excom

Qui olim hoſtis & inimicus fuit: adhuc hodie inimicus præſumitur. Not. in l. in ipſius ubi Bald. C. famil.hercis. Innoc. in c. cum oporteat de accuſat. hinc triviale præceptum quod Fauſtus ille Foroliuienſis in epiſtolis adagialibus explicat.

*Inimico reconciliato aut raro aut nunquam fidas.*

Item olim vaſallus vel ſubditus: hodiè talis præſumitur, Baldus Abbas in c præterea. extr. de tranſact. Speculator in §. ſequitur verſ. quid ſi dico Tit. de action.& petit. Termini non præſumuntur moti, nec mutari l. in finalibus ubi Bald. & Floria D. finium regundo. Fel.in c.cum cauſam extra de probat. Vnde Alexander ait: quales hodiè reperiuntur confines, tales olim fuiſſe præſumuntur, quia mutatio confinium non præſumitur, niſi probetur. Alexander conſ.57. in cauſa & lite in fin lib. 7. & conſ. 75. eod. lib. Quo tempore mutantur ut ætas. In eodem ſtatu non præſumuntur, unde minor ætas probanda eſt, niſi ex aſpectu corporis minor iudicaretur, tunc enim judex transferre in eum probationem debet, qui aſpectui contradicit. l. minor 25. annis D. de minoribus Bart. in l. de ætate in 3. quæſtio, & ibi Doct. eod. Vnuſquiſque præſumitur civis & incola illius urbis, in qua invenitur non enim præſumitur quis velle ſedem, patriamq; (qua nihil charius eſſe debet) relinquere. Bart. in l is poteſt D. de acquir. hæred. not. in l. generaliter C. de tabula lib. 10. & l. optimam C. de contrah. & commit. ſtipul. Conductor ſi locatione finita in re locata remaneat, præſumitur reconduxiſſe, nec enim contrahentium voluntas mutata præſumitur, l. item quæritur §. ult. cum l. ſeq. D. locat. & ibi Bart. & Bald. Reſq; cenſetur re conducta, cum omnib. pactis conventionibus & qualitatibus, quæ in priori contractu continebantur, Bart. & docto. in l. ſi mihi & 

Titio

Titio in fin. D. de verbor obligat. Bald. in l. legem in princip. C. loc. Andreaâ Sicul. conſ. 12. in 2. col. in 2. volum. Etiam ſi locator è vita diſceſſerit. Nam ſi hæredes patiantur conductorem in re conducta commorari, præſumuntur conſentire nouæ locationi. Eodem modo, ſi conductore vita functo, illius hæredes in re conducta permaneant. arg. l. ſi id quod §. vlt. D. pro ſocio. Paulus caſt in d. § vlt Ang. in l. cum ſatis §. caueant C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Verum ſi contractus locationis, ſcripturam l. municipali, vel conſtitutione regia deſideraret, vt puta ſi contractus centum libras Turonenſes excedat: tunc ceſſaret iuris præſumptio not. in l. contractus. C. de fide inſtrum. arg. l. vel vniuerſorum D. de pign. actio. vel ſi inter contrahentes actum ſit olim Dominus alicuius rei, hodie etiam dominus præſumitur: Not. in l. ſiue poſsidetis C. de probat. c. præterea 22. extra. de traſact. Deinde, qui olim poſsidebat: & hodie poſsidere præſumitur d. l. ſiue poſsidetis Olim locuples, hodie talis præſumitur d. l. ſiue poſsideris. Præſumitur contra eum, qui nouitatem inducere cupit c. quis neſciat 11. diſt. & c. cum conſuetudinis extra. de conſuet. Qui varia reſpondet, non caret ſuſcipicione doli, & fraudis c. 1. vt benef. Eccleſ. ſine diminu. Non præſumuntur bonum exitum ſortiti, quæ malo inchoata ſunt principatus 1. q. 1. c. miramur, 61. diſt. & in auth. quomodo oportet in princip. Qui iniuriam remittit, perpetuo remittere intelligitur, non ad tempus gloſ. in §. vlt. Inſt. de iniur. Qualitas intrinſeca præſumitur, non extrinſeca: vt puta vnus quiſque idoneus quo ad mores præſumitur; at nemo doctus vel diues præſumitur. gloſ. in l. ſi verò §. 1 D qui ſatisd. cogantur Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ: Itaque Tutoris, defuncti, libello rationum

ſtan-

ſtandum eſt in expenſis parvi momenti, & ſi regulariter juſiurandum requiratur. Bart. in l. admonendi D. de jur. fiſc. l. ult. C. ad Iul. repetund. c. ſancimus 1. q. 7. & l. abſentem D. de pœn. Itaq; pro ſcriptura defuncti præſumitur. l. rationes C. de probat. Sozi conſ. 161. in 2. col. Verum ſi judex moriens affirmaret ſe iniquam ſententiam tuliſſe, ei ſtandum non eſt. Idem de teſte dicendum, cum jus jam tertio quæſitum ſit. Alex. in l. ſciendum D. de verbo obligat. Feli. in c. exhibita de homicid. Iaſ. in l. 1. D. de eo per quem fact. erit. Vulnere letali percuſſus moriens, ſi aliquem hujus homicidii reum aſſeruerit, ſi alia indicia concurrant, quæſtioni ſubjici poteſt, licet Baldus contrarium defendat. Bald. in l. 1. in fin. C. commun. de leg. Quod ſi indicia & præſumptiones violentæ morientis atteſtationi adverſentur, tunc dicto morientis ſtandum non eſt, nam præſumptio alia aliam tollit. l. Divus D. de integ. reſtit. & c. primum 22. q. 2. & c. ne quis arbitretur. Præterea poſſeſſor bonæ fidei præſumitur, modo aliquam juſtam cauſam poſsidendi habeat l. penult. C. de evict. gloſ. in c. ſi diligenti extra de præſcript. l. igitur § poteſt D. de liber cauſ. Lis non præſumitur recte inſtituta, niſi de ſcriptura conſtet. c. quoniam contra. extra. de probat. Decretum juſtum præſumitur & ſolenne. Iaſ. in Tit. qui feudum dare poſſunt col. 8 & in l. pacta noviſsima col. 2. C. de pact. Iaſ. in d. l. ſciendum. Ex diuturnitate temporis, omnia præſumuntur ſolenniter acta etiam ſi in inſtrum. nihil dictum ſit arg. l. ſi filius C. de petit. hæred. Doct. in l. qui in aliena. in princ. verſ. ſed ſi non adierit D. de acquir. hæred. Item pro ſententia arbitri præſumitur, c. niſi eſſent. extra de præbend. Ioannes And. in additionibus ad Speculatorem, Tit. de arbit. § ſequitur, verſ. Item, quid ſi compromiſſum. & l. 1. D. de leg. 2.

Nota

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0142-9

Notarius prætermittens ſilentio ſolennitates quæ l. municipali, vel regia conſtitutione requiruntur, præſumitur in dolo l. 1. ubi Bart. C. de fide inſtrum. Bart. in leg. omnes C. de petit. bono ſublat. lib. 10. Idem ſi in teſtamento debitas ſolennitates omiſerit l. jubemus C. de teſtam. Alex. conſ. 71. 2. col. 1. vol. Apparitori fides in dubio adhibetur, cum de his agitur, quæ ad illius officium pertinent. Doct. in c. cum parati extr. de appellat. l. 2. C. de executor. & exact. lib. 12. Verum ſi referat ſe fuiſſe vulneratum, vel fuſtib. cæſum: non ei creditur, cum id ſit extra munus & offic. Philip. de Peruſio in d. c. cum parati Card. in clem. ſi ante de dol. & contuma. Iaſ. in lege cum Geminiano 1. col. C. de tranſ. Verum conſtitutione regia ei creditur, ſi duo teſtes (quos Galli *recordz* appellant) idem teſtimonium ferant. Bald. contendit, apparitorem poſſe dicam alicui ſribere ſine mandato judicis (quod Galli uocant *commiſſion*) Bald. in l ſi quando col. penult. verſ. 12. C. de teſtib. Qui diuinis officijs, & muneribus præſunt, non præſumuntur ad tutelas, vel curationes lubenter accedere velle §. quin ante in aut. qui oblig. Religioſi vero ſuſcipqre non poſſunt ſine ſuperioris authoritate c. 2. de teſtam in 6. clem. religioſus de procurat. Excipe fratres minores, qui nullo pacto ad tutelæ onus admittuntur, cl. exiui. verſ. Item quod executiones de verb. ſignif. Bal. conſ. 313, in 5. vo. Si pater, vel cognatus emat militiam, ſeu officium filio ſuo, vel cognato: & ante emptionem omnia ſua bona creditoribus hypotecæ ſubiecerit: hoc officium creditorib. obnoxium erit. Præſumitur enim quis officium emiſſe de pecunia patris, vel affinium, l. vlt. D. de pignoribus. Bart. in l Imperator, §. vlt. in fin. D. de leg. 2. Verum regulariter res empta mea pecunia, mihi obligata nō eſt, nec ſum potior

iure

iure hypotecæ. l. quamuis ex ea, C. de pignor. exceptis quibuſdam caſibus, de quibus in l. interdum, D. qui potior. in pign. habeant. Alexand. in l. ſi cum dotem §. vlt C. de ſolut. mat. Vnuſquiſque præſumitur ſcire leges, ideoq; iuris error non præſumitur, niſi probetur, Bart. l. leges, C. de l. & l. ſi hæres ab ab eo §. vlt. D. ad Treb. l. non fatetur D. de conf. feſſ. vbi Bart. Semper pro actu, & inſtrumento præſumitur: inde in ambiguis facienda eſt interpretatio, vt actus valeat potius quàm pereat, l. quoties D. de reb. dub. Nemo præſumitur eam viam elegiſſe, per quam iudicia ſua, voluntatesq; ſubuertantur, l. 3. D. de teſtam. milit. Butr. & Imol. in c. quinta vallis in quarta differentia extra de iureiur.

Contra fiſc. in ambiguis iudicandum eſt nam præſumptio aduerſus eum militat, l. non puto, D. de iur. fiſc. Din. & Bar. in d. l. non puto, Alex. in l. 1. in 1. col. D. ſol. mat. Matheſ. In not. ſuo 82. et d l non puto. Plin. in Panegyr. ad Traianum quæ præcipua tua gloria eſt Sæpius vincitur fiſcus, cuius mala cauſa nunquam eſt, niſi ſub bono principe. Idem Manlius Capitolinus ſcripſit in vita Marci Antonij philoſophi Imperatoris. Is enim ſæpiſsimæ hoc dicterio vtebatur, Peſsima cauſa fiſci ſub bono principe. Nonnulli id exiſtimant intelligendum in cauſis lucratiuis, vt in addictione ſeu confiſcatione bonorum, vt teſtatur. Iaco. de Belui. in l. vnic. C. de caduc. toll. Raphael Cuma. Soci Iaſ. & Bulgarius in l. 1. D. ſolut. matrimo. In ea eſt ſententia Fel. in c. paſtoralis extra de præſcript. & Decimus in c. ex literis de probat. Iaſ. in l. de die D. quæ ſatiſd. cog. Alij iuris interpretes exiſtimant, non eſſe reſtringendam tantum ad cauſas lucratiuas: nam etſi fiſcus ſua habeat priuilegia, quæ continentur in corpore Iuris, hæc in cauſis dilucidis, & apertis locum

ſibi

ſibi vindicant, non in obſcuris, in quibus præſumtioni locus eſt; l. ſi is qui cum ſeq. D. de iur. fiſc. & tot. tit. de priuileg. fiſc. Bart. & Dinus in d. l. non puto. Nec enim inferre quis poteſt, pluribus priuilegijs fiſcus nitur: ergo hoc etiam vti debet, gloſ. in l. filium quem C. famil. erciſcun. quod in præſumptione conſiſtit. Verum dicet aliquis: imo fiſci cauſa ſemper, & vbiq; præcipua eſt, nam & ſi mulier multis priuilegijs nixa ſit, tamen res dotales pro pro cauſa fiſci obligatæ ſunt fictionem iuris, adeo, vt ex hauſtis bonis primipili, diſtrahi debeant, & pro marito eo caſu hypothecæ ſubijciantur, l. 1. & 3. C. de primip. lib. 12. & l. ſatis. C. in quib. cauſis pignus, vel hypoth. tac. contrah. Sed reſponſum volumus: id locum non habere in cauſa fiſci, ſed primipili, in quo ſpeciale eſt ob maximum periculum, ſeu προμαχοῖ, vt Græci dicunt, quod in primipilarijs vertebatur, num primi in hoſtem prodidant, vt quidam putant. Verum Vegetius, lib. 1. de re militari, Idem in l. ordinariorum, & l. ſpeciebus, C. de cohortalibus libro 12. Bart. in auth. quas actiones C. de ſacroſanct. eccleſ. docet penes primipilares ſtipendia collocata fuiſſe, annonam militum, quam primipliares ipſis militibus erogabant: vnde ſi tempore præfixo non ſatis feciſſent, id cedebat maximo reipub. detrimento: nam fame laborabat exercitus. Itaque conſtitutum eſt, & filiorum bona in eam cauſam obligari. Doct. in l. 1. D. ſolutio matrimonio. quemadmod. docet Vegetius libro, 1. rei militaris. Verùm in patrimonio coronæ iudicarem pro fiſco præſumptioni locum eſſe, quod quidem á principe alienari non poteſt, vt ſupra dictum eſt. Qui probat ſe in principio poſſediſſe, & in fine in medio poſſediſſe præſumitur, Iacobus de Butrio in l. cùm res C. de probat. Speculator in §. 1. verſ. ſed quæritur

Tit,

Tit.de probat.not.in cap.volumus,16 q.4. c.legem. 4.distinct. Item quis præſumitur animo dixiſſi, quod ore expreſsit,l.Labeo D. de ſupel.legat. Si en una eademq; charta vel membrana duo inſtrumenta ſcripta reperiantur: priore loco ſcriptum prius tempore præſumitur, Bart. in l. 1, C de novo Cod. fac. Cum duo teſtamenta occurrunt ab eodem teſtatore facta,& ignoratur quod prius ſit vel poſterius, ſi in uno ſit legatum ad pias cauſas: illud poſterius præſumitur,Ludovicus Ponta. & Roman. in auth. ſimiliter C.de epiſ.& cler.in 7. col. licet regulariter utrumq; irritum habeatur, gloſ. & doct. 1. in fin.C. de edict.diu Adria.l.1.§. non autem, ubi Bart. D,de bonor poſt.ſecund.tab. gloſ. in cap. duod. de reſcr. lib.6.Debitor non præſum. fugitivus, qui res ſoli poſsidet, vel mobiles maximi valoris & momenti, quæ facilè abſcondi non poſſunt, Bart.in d. l. ſciendum D.qui ſatiſd.cogant. Inter litigatores inimicitiæ præſumuntur, ç. Idem cum quis de reſt. ſpoliat. An teſtator præſumatur ſcire rem legatam eſſe alienam,docet Bald,in l.cum alienam C.de leg. & gloſ. in c.filius extra de teſtament. Facta non præſumuntur,niſi probentur,l. cum filio C.de curatore furioſ. & l.1.C quæ ſit longa conſ. Præſumitur clericus,vel ſacerdos in ſua eccleſia reſidere, & commorari ſicut maritus cum uxore,arg.cap. 1. extr. qui matrimon. excuſ.poſſunt,&c. tua,extra de cleric. non reſ. Ex modicitate precii fraus præſumitur, & dolus l. per diverſas,C.mandat.Cyn.in l. ult. C. plus vale. quod ag. Confeſsio facta per teſtatorem in teſtamento ſuo nulla eſt,nec probat niſi jure jurando confirmata ſit: tunc enim rata eſt, ne teſtator ſuæ ſalutis immemor præſumatur, Henricus de Bovenco in auth. ſacramenta puberum C.ſi adverſ.vendit.Mulier nubens, ſi dotem certam non conſtituerit, præſumitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0146-1

tur omnia ſua bona in dotem dediſſe gloſ. in l. mu-lier bona D. de iure dot. ſi ſecuta ſit traditio Dolus præſumitur, ſi quis ſuas res ſaluas habuerit, & ali-enas depoſitas amiſerit, l. quod nerua D. de poſ. Qui non vult aliquem ſalutare, eius inimicus præ-ſumitur, c. cum Adr. 63. diſt. gloſ. in l. ad hoc C. de appell. Fraus in filio, & quolibet hærede præſu-mitur, qui abſtinuit, vel repudiauit hæreditatem, & nihil ominus bona quædam hæreditaria poſſidet, Dinus & iuris interpretes in l. poſt contractum D. de donat. Ex celeritate actuum fraus præſumitur, l. ſi vota §. vlt. D de priuil. credit. Bart in l eandem C. de fidei commiſsis. Societas contracta inter fratres præſumitur, ſi diutiſsime in communione bonorum & communibus expenſis vixerint, l. cum duobus §. fratres D. pro ſocio, & l. procula, D. de probat, Deinde ſi fratres bona hæreditaria vt diuiſa, & ſe-parata, longo tempore poſſederint; diuiſio præſu-mitur inter eos facta, gloſ. in l. ſi minor C. com-muni diuid. Hæres, qui repertorium non fecit, præ-ſumitur res hæreditarias ſubtraxiſſe. §. ſcimus in auth. de hæred. & Falcid. Duæ præſumptiones, una fortiores ſunt, Ioannes Andr. in c. ad decorem extra. de Inſtitut. Non præſumuntur plura teſtamen-ta, niſi probentur l. locum, §. 1. D. de Tab. exhib. l. 1. §. ſi quis duo D. de bonor. poſſ. ſecund. tab. Vnuſ-quiſque præſumitur memor eorum, quæ geſsit vſ-que ad decennium, ſed non vltra, not. in l. pere-gre D. de acq. poſſeſſ. Doct. in l. 1. de confeſsis, Con-tra literarũ penitus expertem, vel, (Græci ut dicunt) ἀναλφαβήτω, præſumptio eſt ſacerdotẽ non eſſe, vt do-cet Ioannes Andreæ, in cap. ſi iudex laicus extra de ſentent. excommunic. lib. 6. Si pro Meuio impen-ſas fecero: præſumor ex pecunia mea feciſſe, non aliena, l. ſi ventri §. vlt. D. de priuileg. cred.

vbi Bald Si quis ſciens rem alienam obligatam eſſe, nihilominùs emerit: præſumitur in mala fide eſſe: adeò vt aduerſus eum agi poſsit, non diſcuſſo principali debitore, Hoſtienſis in ſumma Tit. de pigno. §. quæ actio. Si quid legatum ſit eccleſiæ: præſumitur in dubio Eccleſiæ relictum. Verùm ſi nomen proprium antecedat, tunc præſumitur ſacerdoti relictum, ſecùs ſi ſequatur, nam ad eccleſiam pertinet, l. ſi ciuibus D. de reb. dub l. annua §. Titia. D. de annuis, leg. arg. l. antepen. D. de ſtipul. ſeruor. Verum exiſtimarem ſacerdoti relictum, ſi inter teſtatorem, & eum affinitas, vel neceſsitudo intercederet, l. qui habebat D. de reb. dub. & auth. licentia C. de epiſc. & cler. Alias, in ambiguis pro eccleſia præſumitur. gloſ. in l. non plures in fin. C. de ſacroſ. eccleſ. Doct. in l. 1. C. eod. Si quis eccleſiæ legauerit, nec nomen illius expreſſerit: in dubio, ſi ſit Metropolitana eccleſia, ei videtur legaſſe, §. ſi quis in auth. de eccleſ. titul. l. 1. §. vlt. arg. l. negauerit D. pro ſocio, l. ſi verò D. manda. l. Seiæ, D. de ann. leg. Quod ſi nulla ſit in eo loco, in quo moritur teſtator, ſed omnes parœciales ſint, tunc videtur ei legaſſe, in qua ſepeliri ſe iuſsit, verò in neutra ſepulturam conſtituerit: tunc pauperiori legatum præſtari oportet, §. ſi quis in auth. de eccleſ. titul. l. ſi. quis §. vlt. C. de Epiſc. & cleric. Si verò æquales ſint: ei, in qua frequentiùs orabat, arg. l. legatum §. ſi vnus D. de leg. 1. & l. ſi quis eodem, D. de fundo inſt. Quod ſi non magis in vna, quam in alia: vtrique legatum debetur, l. ſi quis Titio §. penult. D. de leg. 1. & l. ſi quis ad declinandam C. de Epiſc. & cleric. Præſumitur ſeruitus conſtituta ex titulo allegato, ſi is qui allegat, longo tempore ſit in poſſeſsione ſeruitutis, arg. l. cùm de in rem verſo D. de vſur. In inſtrumentis antiquis nõ tenetur quis probare

Notarios

Notarios fuiſſe, qui ſcripſerunt; nam ex facto antiquo Notarij præſumuntur, Innocentius in cap. veniens de verb. ſignif. Baldus in auth. quas actiones, C. d Epiſc. & cler. Qui ſubtraxit inſtrumenta aduerſario ſuo is præſumitur iniquam cauſam fouere, Bart. in l. ſicut C. de probat. Confeſsio vnius latronis contra alium latronem præſumptionem inducit; Innoc. in c. 1. de confeſsis Præſumitur minor læſus in odium fœneratoris, l. 1. C. ſi aduerſus creditorem. Probaturque minor ætas coniecturis, Bald. in l. 1. C. ad l. Cornel. de ſic Minæ; & antecedentes inimicitiæ præſumptionem inducunt, quæ ad quæſtionem, ſeu tormentum ſufficit, Spec. in Tit. de præſumptio. in princip. Doct. in l. denunciamus C. de his qui ad eccleſ. confug. Recognitio feudi facta nulla cauſa adiecta, vera præſumitur, & homagium, vt aiunt inde ſecutum cenſetur præſtitum, ita vt dominus recognoſcentem tueatur, Specul. in Tit de feud. §. 1. verſ quinto quæritur. *Si* notarij inſeruerint hæc verba: Contrahentes ex certa ſcientia. & bene conſulti non vi, non dolo, non metu inducti: hæc vera eſſe præſumuntur, nam ex contractu authentico 3. præſumptiones, ſeu coniecturæ naſcuntur: prima, verum eſſe contractum: item ſolennem. Poſtrema, verba iuſſu contrahentium inſerta fuiſſe. l. cum precib. C. de probat. Bart. in l. rem maioris precij, C. de reſcind. ven. in apodexa, ſeu priuata ſcriptura, ſi incerta ſit promiſsio, vt inter mercatores fieri conſueuit, non tamen præſumitur ſtipulatio interueniſſe, quæ præſentiam contrahentium requirit, ſecus ſi ſit inſtrumentum authenticum, in §. ſi ſcriptum fuerit promiſiſſe aliquem. Inſtit. ſtip. in verb. ſcriptum vbi gloſ. Et eſt exceptio regulæ, quæ continetur in l ſciendum, D. de verb obligat. Ceſsio ſimulata præſumitur, ſi corã Notarijs numerata nõ ſit

pecunia, l. per diuerſas verſ. non ſolutarum pecu-niarum C. mandat. Cum quis inſtrumentum tradit, præſumitur facultatem debitum exigendi conceſsiſſe gloſ. in vlt. C. de *pact. conuen. tam ſuper dote quam ſuper. Qui arma gerit, in eo mala mens præſumitur. Bald. in Tit. de pace tenend. §. ſi quis ruſtic. niſi ad vim, cum moderamine in culpatæ tutelæ repellendam l. Bene à Zenone C. de præſcrip. trig. cui aſtipulatur Phocilides his verſib. de gladij vſu.

Τὸ ξίφος ἀλφιβαλλῦ μὴ πρὸς φόνον ἀλλ' ἐς ἄμυναν. &c.

*Hoc eſt.*

*Ne gladium Cæſurus habe, aſt vt damna repellas,*
*Aſt vtinam neq; fas ſit eo tamen vtier vnquam,*
*Hoſtem ſi ferias, tu commaculabere cæde.*

Si quod damnum agris illatum ſit à vicinis illatum præſumitur, ſi modo aliqua inde vtilitas proficiſ. Bart. in l. ſi ita §. mulieres D. de fundo. inſt. leg. Qui iudicio ſiſtit, in ius vocatus præſumitur, Angel. in l. furioſo. in fin. D. de re iudic. Duæ præſumptiones, quæ ſeſe mutuis auxilijs iuuant, plenam inducunt probationem, l. 2. in princip. D. de excuſat. Tutor. vbi gloſ. in verbo legitmis. Ex pluribus coniecturis, & præſumptionibus, cauſæ ciuiles dirimi poſſunt, non capitales. cum probationes luce meridiana clariores requirantur, c. illo vos. extra de pigno. Innocentius in c. ad noſtram, extra de empt. & vendit. Emphyteuta, & vaſallus feudi, vel emphyteuticarij fundi limites definire, & demonſtrare oculis debent ipſi domino, maxime ſi ſit nouus ſucceſſor, qui iuſta ignorantia ducitur, arg. l. Titius in fin. D. de actio. empt. Hoſt. in ſumma. Tit. de feudis §. quot modis verſ. quid ſi vaſallus gloſ. in l. 2. §. nobiles C. quando & quib. quart. pars in vrbibus & ciuitatibus, non eſt præſumptio de, eſſe iuriſconſultos, & peritorum conſilia, eti-

am iuxta vrbes, Bart. in l. ab hoſtibus D. de ſolut. matr. Siquis intra decem dies, à tempore latæ ſententiæ numerandos, non appellauerit, eidem ſententiæ acquieuiſſe præſumitur, gloſ. in l. abſolutionem, D. de re iudic. Deinde qui pendente appellatione dilationem petit ad ſoluendum in cap. ſolicitudinem extra de appell. & c. quod ad conſultationem in verb. recipiens, extr. de ſenten. & re iud. Appellationi renunciaſſe præſumitur. Non præſumitur quis vectigalia, & tributa ſoluiſſe, (quæ à Gallis vocantur *tailles*) niſi in libro de ſolutione conſtet, Bart in l. cùm quis C. de reb. cred. & iureiur. Si in donatione decretum iudicis interuenerit, præſumitur inſinuatio ſolenniter, & legitimé facta, ob iudicis autoritatem, gloſ. in l. 1. de iur. fiſc. lib. 10. C. & l. Imperatores D. de priuileg. credit. In his, quæ coram iudicio publicè geſta ſunt, ſcientia, non ignorantia præſumitur, Bart. in l. is qui §. ijſdem D. de accuſ. Si quis cum ſponſa rem habuerit, præſumitur matrimonium per verba præſentis temporis ob coniunctionem corporum, c. de illis extra de ſponſal. Præſumitur quis id ſcire, quod vnicuique, vel maiori parti notum, & perſpectum eſt, Bart. in l. nunquam, in princip. D. de vſucap. hinc & Euangelium, Tu ſolus peregrinus in Hieruſalem, & hæc ignoras? Luc. 24. Vnuſquiſque ſtatuta ſuæ patriæ, & loci, in quo moratur, ſcire præſumitur, Angel. Aretinus ſuper rub. D. de nou. oper. nunciat. in 8. col. Præſens non præſumitur conſentire, quando detrimentum eius in directo tractatur, l. Caius Seius D. de pigno. actio. Qui tacet, non præſumitur conſentire, cum lex contractionem non requirit, vel contradictio nullum effectum ſortiretur, l. rem alienam D. de contrah. emp. l. inuitum, D. de ſeruit. vrba. præd. l. qui vas §. vetare D. de furt. l.

ſicut re §. non videtur D. de quibus modis pignus vel hyp. Præſumitur id actum eſſe inter contrahentes, quod ex natura contractus, & conſuetum, l. cum quid D. ſi cert. per Ambiens officium, & munus publicum: indignus præſumitur l. ſi quenquam C. de Epiſc. & cler. Non præſumitur quis ad munus & officium idoneus, qui ex officio ſuo alterum læſurus eſt, l. 2. C. de his qui veniam æta. impet. l. 1. §. ſi magiſtratus in fin. D. de magiſt. conveniend. Non eſt veriſimile metu compulſum eum, qui claram habet in urbe dignitatem, l. non eſt veriſimile D. quod met. cauſ. Præſumitur ſortem debere, qui uſuras longo tempore ſolvit, l. cum de in rem verſo D. de uſur.

*Locus à præſumptionibus ſeu conie&turis, quæ circa criminales cauſas verſantur.* *Cap. 6.*

SVPRA de præſumptionibus egimus, quæ in cauſis civilibus verſantur: nunc de conjecturis, quæ circa cauſas capitales occurrunt diſputatio inſtituenda eſt. Nam etſi in hujuſmodi cauſis probationes luce meridiana clariores requirantur, in l. ult. C. de probat. Tamen ad veritatem extorquendam ſæpiſsimè latrunculatori, ſeu judici criminali proſunt, quod & Rhetores fatentur. Marcus Tullius in libris Rhet. ad Heren. & Quintil. in lib. Inſtitution. Oratoriarum. Prima ergo erit præſumptio. Qui gladium ſtrinxit præſumitur habuiſſe animum occidendi, l. 1. §. Diuus D. ad l. Corn. de ſicar. & l. 1. C. eod. Niſi contrarium probetur. Falſi reus præſumitur, qui in judicio ſcripturam falſam deducit, vel ea utitur l. pen. C. de probat. In ambiguis præſumitur quis percuſsiſſe, ut ſeipſum tueretur, potiùs quam ut alium offenderet. l. ſi ex plagis §. ſi tabernarius D. ad l. Aquil. & ibi gloſſat. & verberatus



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-347496-p0152-4

præſumitur in dubio aggreſſor, Albericus in l. 1. C. vnde vi Guido pap. Tit. de præſumpt. Si maritus vxorem percuſſerit, ita vt ſanguis effuſus ſit, etiam cum baculo: non tamen præſumitur malo animo percuſsiſſe, ſed vt reſipiſceret, cum ſunt ſocij diuinæ, & humanæ domus not l. 1. in fin. D. de emend. propinquo. & l. aduerſus N. de crim. expil. hæred. l. quia parentes vbi gloſ. D. ſolut. matrim. l. 1 C. ad l. Corn. de ſicar. modo vxor non ſit grauiter læſa. Confeſsio vnius latronis, contra alium latronem fidem facit, quo ad præſumptionem Innoc. in c. 1. de confeſſ. Si quis domum ingrediatur cum enſe, & clamor in domo audiatur: poſtea is domum egrediatur enſem gerens ſanguinolentum, & eodem inſtanti mulier vel maritus læſus inueniatur: nonnulli iudicant hunc hominem non præſumi vulnus intuliſſe cum non fuerit in vulnere viſus, l. teſtium C. de teſtib. & l. neq; natales. C. de teſt. Sed contrarium veriſsimum eſſe iudico, cum Nicolao Materelli, quem Baldus ſequitur, in l. ſciant C. de probat. & Salic. Negativa nonnunquam præſumptionibus, & coniecturis probatur, veluti ſi quis probauerit conſanguinitatem, & neceſsitudinem, & amicitiam, quæ intercedebat inter occiſum, & eum qui reus eſt homicidij, gloſ. in l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar. Si res furtiua inueniatur in domo alicuius, non præſumitur furtum commiſiſſe, niſi contrarium probetur Bal. & doctores in l. vlt. D. de hæred. inſtitu. Bart. in l. in ciuilem vbi Bald. & Paulus Caſtren. C. de furr. Alijs coniecturis, Si quis ſit Titium aure alloquutus, & eodem momento Titius hominem interfecit præſumptio eſt, quod iuſſerit & mandauerit vnde incurrit in pœnam legis Corneliæ de ſiccarijs, gloſ. in l ſi ventri §. vlt. D. de priuileg. creditor. Inimicus præſumptus à teſtimonio repelli poteſt

in c. 1. & 2. extra de re iudic. Bart. in l. 2. C. ſi contra ius vel vtil. pub. Inimicitiæ autem inter litigantes præſumuntur, c. Idem cum quis extra. de reſtit. ſpol. In ambiguis fraus, & dolus, in delictis præſumitur, ceſſicut noxius extra de præſumpt.

Morientis confeſsio, ad abſoluendum, non ad condemnandum prodeſt l Bald. in l. 1. C. communia de legat. l. Paulus §. 1. D. de bonis quælibet. Ang. Areto in tract. maleficior, verſ. forma publica in 17. col. doct in l. ſi quit in rixa D. ad leg. Cornel. de ſicar. In dubio pro reo præſumitur. Itaque ſi adfuerint plures homicidio, & unum tantum vulnus lethale inflictum ſit, ignoreturq; à quo omnes abſolvendi ſunt. Sanctius enim eſt impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem condemnari, l. abſentem D. de Pœn. l. Item mela, D. ad l. Aquil. & l. ſi in rixa D. ad l. Corn. de ſic. & l. quoniam multa facinora C. ad l. Aquil. Si damnatus ultimo ſupplicio, laqueo ſuſpendatur, & in inſtanti rupto laqueo vivus in terram decidat, innocens præſumitur, iuſtoq; Dei judicio hoc contigiſſe credendum eſt. Decius in l. favorabiliores D. de reg. jur. Si delictum duorum clericorum teſtimoniis comprobatum ſit, & innocentia rei duorum laicorum fide dictiſq; nixa ſit: Laici clericis anteponendi ſunt, gloſ. in c. clerici 8. diſtinct. Bald. in l. data opera C. qui accuſat. non poſſ. Roman. in l. 1. §. ult. & l. in illa D. de verb. oblig. Servi ſi crimen aliquod commiſerint, id dominorum conſenſu perpetraſſe non præſumuntur, ideo domini ſervos pro noxia dedere poſſunt, l. 2. D. de noxa. actio. Idem de famulis noſtri temporis dicendum arbitror, c. quia præſulatus 1. q. 4. Bald. & Iaſ. in l. 1. in 2. notab. D. ne quis eum qui in jus vocat, l. 1. in not. D. ſi ex noxal. cauſ. agat. Verùm ſi dominus conſultus ſuper crimine, vel cum perpetraretur

traretur obticuit, nec prohibuit, cum poſſet: tunc mandaſſe præſumitur, c. Petrus de homicid. & c. Matthæus, extra de Simon. Dominus famulos eligens, ut ei & familiæ ſuæ inſerviant & famulentur, præſumitur eorum mores, & conditionem noſſe, unde Alciatus invehitur in quoſdam nobiles noſtri temporis, qui pro famulis ſibi Lenones aſciſcunt, & ſicarios, ex quorum delictis, nobiles teneri contendit, not. in l. ult. §. ſervorum, D. nautæ caupones ſtabul. Cardinal. in clem. ne in agro §. porrò in q. notab. de ſtatu monach. Felinus in d. c. Petrus in q. fallentia doct. in l. 2. C. de pact. Deindè domini tenentur ex delictis famulorum, ſi domini ſint nautæ, vel caupones, not. in l. 1. D. naut. caupo. ſtabular. Verùm ſi famulus hoſpiti vulnus inferat extra hoſpitium, inſcio domino, tunc judicarem cauponem ex delicto famuli non teneri, ſecus ſi in ipſo hoſpitio, in quo tutus eſſe debet, tunc enim ad id, quod intereſt, & damnum cauponem condemnandum eſſe crederem, Ioannes de Anania conſ. 2. Iaſ. in lege 1. in 3. col. C. de ſervis fugit. l. juſtiſſime, D. de edil. edicto. ubi gloſ. & c. offerebat 32. q. 3. Si duo inter ſe digladiantur, &, ignoretur, uter eorum aggreſſor ſit: qui fuit in duello occiſus aggreſſor præſumitur, not. in l. 1. §. cum arietes D. ſi quadrupes pauper feciſſe dicat Ioannes Faber in §. jus autem in ult. col. inſt. de jur. natur. gent. & vivus abſolvi debet. Nam pro ſuperſtite præſumitur, cum ſit benignior præſumptio. Reus autem, ſeu defenſor non tenetur probare, ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ interfeciſſe cum id lex præſumat, arg. l. merito D. pro ſoc. Baldus in l. 1. is qui aggreſſorem C. ad l. Cornel. de ſica. l. multis C. de libera. cauſ. Anch. in clem. 1. de homicid. Lex enim permittit ſe defendere, unde rei licitæ, ut ajunt, dat operam, qui vitam

ſuam tuetur, Si ex duobus ſe invicem vulneranti-bus ignoretur quis aggreſsor fuerit : uterq; abſolvendus eſt, ob incertitudinem. l. ſcientiam §. cum ſtramenta D. de l. Aquil. ſed Bal. adverſatur gloſæ in l. 1. C. unde vi, & Bart. in d. l. ſi in rixa gloſam defendit, Verum cum omnes dant operam rei illicitæ, veluti ſi ſint omnes aggreſſatores : tunc omnes homicidæ præſumuntur, Bart. in d. l. ſi in rixa. Deinde interfectus, ſi amator rixæ fuerit, rixam excitaſſe præſumitur, Cardinal. in clem. 1. in 33. quæſt. de homicidio. Item, cum fortior interficitur, præſumitur provocaſſe, Richardus & Florianus in d. §. cum arietes. Deindè qui exclamat, præſumitur ſe defendere auxilium petens, Bald. in l. 1. C. unde vi, vel ſi non inſurgat, ſed tantum ſe defendat. Præterea ſi duo certent armis, & aliquis tanquam amicus eos ſejungere ac ſeparare baculo, vel gladio nitatur, & in ipſo conflictu interficiatur, præſumitur occiſus ad defenſionem, ſibiq; imputet. Nec enim debuit ita ſe intromittere, ut unus debilior & infirmior redderetur, gloſ. in l. culpa caret D. de regul. jur. Bald. in c. 1. §. injuria de pace infirmanda Angel. Areti. in d. l. 2. doc. in l. ut vim D. de juſt. & jur. Ioannes de Anania in c. ad liberandum in 2. col. de Judæis. Si res furtiva penes eum reperiatur, qui male audit : fur præſumitur, ideoq; aculeo ſubiici poteſt, Bart. in l. ult. D. de quæſtio. Qui ſervum communem verberat, vel fuſtibus cædit, jure ſuo facilè præſumitur, non alterius domini odio, l. Item apud Labeonem §. ſi communem D. de injur. Hæres ſi quædam bona hæreditaria occupaverit : in eum non datur actio expilatæ hæreditatis. Lex enim præſumit partem ſuam tantũ accepiſſe, l. adverſus C. famil. heriſc. Adverſus mentientem præſumptio eſt, etiam ſequentem ejus aſſertionem eſſe falſam, l. cum de indebito, in

princip.

princip. D. de probat. Præſumptioni autem apertiſſimæ probationes opponi poſſunt, l. ult. D. quod metus cauſ. Præſumptio ſpecialis, generalem tollit, l. cum de indebito, D. de probat. in princip. & l. ult. D. de hæred. inſtituend. Præſumptio non ſemper dicitur vera probatio. l. 1. C. de fide inſt. & jur. haſt. fiſc. Præſumptio malæ fidei, poſt triginta annos non admittitur, l. ult. in fin. C. unde vi Præſumptio nonnunquam apertiſſima eſt probatio, l. manifeſtæ, D. de jurejur. Præſumptio autem ab Oldendorpio definitur: conjectura ſeu divinatio in rebus dubiis, collata ex argumentis, vel indiciis per rerum circumſtantias frequenter evenientibus. Præſumptiones onus probandi in adverſarium transferunt, l. ult. in princip. D. quod metus cauſa, & l. omnimodo C. de inoffic. teſtam. & l. ſive poſsidetis, C. de probat. Præſentia ejus, qui ob naturæ impedimentum: quod agitur, mente & cogitatione non poteſt comprehendere, nullam inducit præſumptionem, l. 1. in fin. D. de author. & conſenſ. tuto. l. coram Titio, D. de verb. ſignif. & l. 1. §. initium D. de poſtul.

*Locus a Veriſimili.* Cap. 7.

IVriſconſulti paſsim hoc genere ratiocinationis utuntur, ut in l. non eſt veriſimile D. de eo quod metus cauſa & in cap. quia veriſimile ex de præſumptionibus. nam in omni genere probationum non ſolum verum, ſed quod veriſimile eſt attenditur l. cum de ætate D. de probat. Hoc enim argumento utimur ad eliciendam voluntatem & teſtatorum & contrahentium? hujus argumenti plura ſunt exempla in l. cum acutiſsimi C. de fideicommiſſ. l. generaliter §. cum autem C. de inſtit. & ſubſtit. l. ex facto, ſi quis D. ad Trebelianum.

Cæterum veri ſimilitudo ſæpius ex natura contractus & perſonarum qualitate locorum & temporum circum-

circumſtantiis colligitur not.in l. in obſcuris D. de regul.jur.& c adferte mihi gladium ex de præſump. Dequo genere probationis ſuperioribus Titulis ſatis ſuperq; diſſeruimus.

*Locus à communibus Iuris regulis. Cap.8.*

Exceptio in cæteris firmat regulam l. tribunus, §.ultimo D.de teſtam.milit.Bart.in l.1.D. quod vi aut clam. Item ſemper fieri debet interpretatio, ut actus valeat, & ut verba aliquid operentur l. ſi quando in princip. D. de leg. 1. & l.quoties D.de verbor.obligat.

In alternativis debitoris eſt electio cap. in alternativis de reg.in vi l.plerumq; §. ult. D. de jur.dot. verùm hæc regula plures patitur exceptiones, quas enumerat Dinus in D.cap.in alternativis. In alternativis ſufficit unum adimplere, at in conjunctivis utrumq; adimplendum eſt, & ad veritatem copulæ requiritur utrumq; eſſe verum l. ſi hæredi plures D. de conditio.inſtitut §.penult.inſt.de hæred. inſtituendis. A natura nonnunquam argumentum depromitur, ut ſi maritus contendat natum filium ſuum non eſſe cum per annum abfuerit nec rem cum uxore habuerit natura repugnante not.in l.filium diffinimus D. de his.qui ſunt ſui vel alieni jur.

Aliquando ab arte ut ars imitatur naturam §. minorem inſtituit. de adoptionibus ut enim pater naturalis eſt maior filio: ſic pater adoptivus.Quandoq; à verbis taxativis (ut ajunt) qualia ſunt tantum, ſolum,duntaxat,non ampliùs, non ultra & ſimilia not. in l. ultima. C. de patria poteſt. l. ob æs C. de prædiis minor l. contractus D. de re judicata.

*Finis Libri Tertii Topicum.*

# LIBRI QVARTI TOPICΩN.

*Locus à Falcidia ad Trebellianicam.* *Cap. 1.*

ETSI varia argumentorum genera paſsim apud Iuriſconſultos reperiantur, veluti Enthymemata, ſorites, ſeu inductiones & ſimilia: hæc tamen & á Dialecticis & Philoſophicis, Oratoribus & Medicis uſurpantur. Verum in hac civili Philoſophia ſunt quidam loci Iuriſconſultorum maximè proprii; de quibus hoc libro diſputandum eſt; & imprimis hic locus occurrit; l. Marcellus verſ. quod autem D. ad Trebell. & l. jubemus, C. eodem & l. cohæredi §. cum filiæ D. de vulg. & pupil. & l. Titia, D. ad l. Falcidiam. Falcidiæ autem locus eſt, cum tota hæreditas legatis exhauſta eſt: tunc hæres quartam partem legatis Iure detrahere poteſt; Tot. Titul. D. & C. ad legem Falcidiam. Hæres autem, ſi ſit filius; primo legitimam ex univerſa hæreditate detrahere poteſt: deindè ex his bonis, quæ ſuperſunt, quartam falcidiæ partem jure inſtitutionis deducere & detrahere ex ſingulis legatis pro rata portione, Quarta verò Trebellianica ad fidei commiſſarios hæredes pertinet, Nam etſi juſsi fuerint hæreditatem alteri relinquere: quartam hæreditatis partem jure inſtitutionis retinere poſſunt, & hæc Trebellianica vocatur. Tot. Tit. inſt. de fideicommiſ. hæreditat. & Tot. Tit. ad Trebel. Hujus loci tale exemplum fingi poteſt: Sicut ex legatis piis Falcidia non detrahitur, auth. ſimiliter, C. ad legem Falcid. Sic nec Trebellianica ex fidei commiſſariis hæreditatibus eccleſiæ, vel pauperibus

relictis Bart. in l. Marcellus D ad Trebel. Baldus in d. auth. ſimiliter, Speculator in Tit. de inſtrumentorum editio. §. compendioſe. Item, ſi hæres repertorium ſeu inventarium non conſcripſerit, falcidiam detrahere non poteſt, l. ultim. C. de jure. de lib. & auth. ſed cum teſtator C. ad leg. falcid. Sic Trebellianica privatur, qui repertorium non fecerit, ut Cynus, Salicetus & Baldus, in d. auth. ſed cum teſtator Oldradus conſ. 110. q. Deinde ſicut teſtator prohibere poteſt, ne hæres falcidiam detrahat ex legatis d. auth. ſed cum teſtator. Ita & Trebellianicam ex fidei commiſſis, gloſ. in §. ſi vero expreſſum in auth. de hæred. & falcid. col. 1. ut docent Iacobus de Ravenna, Bartolus, Baldus, Salicetus & Cynus, in d. auth. ſed cum teſtator. Deinde quemadmodum ſi hæres unum legatum integrum perſolverit poſtquam vires patrimonii perquiſivit, falcidiam detrahere amplius non poteſt: ita nec Trebellianicam, cum ſit eadem ratio, d. § ſi expreſſum ubi Angelus. Præterea Falcidiæ locus non eſt, ſi teſtator rei legatæ alienationem interdixerit legatario, §. penultim. in auth. ut ſponſalit. largitas Idem de quarta Trebellianica dicendum eſt, Angelus in d. §. ſi vero expreſsim. Deniq; in teſtamentis, ſi non habeat locum Falcidia, nec Trebellianica locum habebit. d. l. Marcellus iuſuper ſciendum eſt, locum eſſe falcidiæ in legatis particularibus Trebellianicæ vero, in legatis univerſalibus vel fidei commiſsis, Tot. Tit. Cod. ad leg. Falcidiam, & Tit. pandect. ad Trebel. Hoc autem argumentum locum obtinet, niſi contrarium in jure expreſſum ſit, nam major eſt vis expreſsi, quàm taciti, l. ult. C, de pact. convent. Nonnunquam tamen differunt, l. in quartam D. ad l. falcid. gloſ. & Panormit. in c. Ratinutius extra. de teſtam.

*Locus à legatis ad fideicommiſſa.* Cap. 2.

IMPERATORES & Iuriſconſ. legata, per omnia exæquata eſſe fidei commiſſ. ſcriptis tradidere. Imprimis Vlpian. in l.1.D.de leg. 1. & Imperator, in §. ſed non uſq; Inſt. de leg. Vnde ſic rationari licet, qui poteſt legare, & fideicommiſſum relinquere poteſt, l.2.D. de leg.1. Et quibus legari poteſt, & fideicommitti §. legari Inſt. de legat. Deindè quib. modis legatum petitur, & fideicommiſſum peti ſolet. l.1.& 2.C. communia de legatis. Item res, quæ legari poſſunt, eædem & fideicommitti poſſunt. Verum ne quis hallucinetur, quæ ſupra diximus de legatis particularibus, non de univerſis intelligenda ſunt: Nam fideicommiſſarius univerſalis hæreditatem adire cogitur, non particularis, l. ſi quis omiſſa D. ſi quis omiſſa cauſa teſta.

Deindè legatum & fideicommiſſum particulare nullum eſt, quando hæreditas ære alieno exhauſta eſt l. ſi univerſæ, C.de legat l.Papinianus §. quoniam D.de inoffic.teſta. Vniverſale tamen fideicommiſſum ſubſiſtit l.ſi hæres ab eo in princip. D. ad Trebel. Item nonnulli hæredes fideicommiſſarii univerſales eſſe non poſſunt, ut fratres minores, c.exivi de paradiſo, & ibi Cardin. de verborum ſignif. Poſtremo hæres rogatus hæreditatem reſtituere Mævio Trebellianicam detrahere poteſt, ſed legatarius particularis, qui legatum alteri reſtituere debet, nihil detrahere poteſt, gloſ. in l. cohæredi §. cum filiæ D. de vulg. & pupill.

*Locus à contractibus ad quaſi contractus.*

*Cap. 3.*

SIC ratiocinatur Iuriſconſultus in l ait prætor, D. de minor. Minoribus ſuccurritur, ſi verè cum his aliquid geſtum ſit, & læſi ſunt. Ita ipſis eſt ſuccurſum, ſi his abſentibus quis eorum negotia geſſerit, Idem in l. ſi quis ita D. de negot. geſt. l.

apud

apud Iulianum §.ult.cum l.ſeq.D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ.eat.Bald.& Ang. in auth. ſacramenta puberum C.ſi adverſus venditio.

Verum ſi lege municipali, vel ſtatuto cautum ſit, ne mulieres ſine parentum conſenſu contrahant, vel ſi alia ſolennia in contractibus fœminarum requirantur, nihilominus hæreditatem adire poſſunt, licet, adeundo quaſi contrahere cum legatariis & creditoribus videantur, §. hæres. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract. Item poſſunt in judicio litem perſequi hac juris municipalis ſolennitate omiſſa, etſi in judicio quaſi contrahatur, l.3.in fin.D.de pecul. Ratio eſt: quia ſtatuta odioſa ſunt, ideo reſtringenda, l.3,§.hæc verba D.de negot. geſt. Cæterum, ſicut argumentum à contractibus, ad quaſi contractus firmiſſimum eſt, ita à contractibus ad judicia, gloſ. in d. auth. ſacramenta. puberum Docto. in l. inter ſtipulantem §.1. D.de verb. obligat.

*Locus à contractu ad diſtractum.* Cap.4.

SI lex municipalis de contractu loquatur, locum habebit, & in diſtractu, l. Item veniunt. §. 1. D. de petit. hæred. Nam ſi dolus dederit cauſam contractui, reddit contractum ipſo jure nullum, l. & eleganter D. de dolo malo. Ita ſi dolus cauſam dederit reſolutioni contractus bonæ fidei, l. de tutela C. de in integ. reſtitut. mino. Etenim eadem eſt natura diſtractus, quæ & contractus, Bart. in l. & ideo D. de condic.furtiva. Item ſi contractus ſit bonæ fidei, ergo & diſtractus, not. in l. ab emptione D. de pact. Deinde, quæ in contractu requiruntur, ea & in diſtractu deſiderantur, l. nihil tam naturale D. de regul. jur. Vnde ſi in contractu decretum judicis requiratur, igitur & in diſtractu, l. ſi ad reſolvendam, & l. non ſolùm, C. de præd. minorũ: nam nihil tam naturale eſt, quàm unumquodq; diſſolvere eo ligamine quo colligatum eſt d.l. nihil tam naturali.

Locus

*Locus à contractibus ad ultimas voluntates*, Cap. 5.

ARGVMENTVM à contractibus, ad ultimas voluntates, & ab ultimis voluntatibus, ad contractus fortiſsimum eſt, ſi ſubſit eadem ratio, l. quæ de legato D. de leg. 1. & l. qui chirographum D. de leg. 3. not. in l. ult. C. de leg. & l. pactum inter hæredem, & ibi Bart. D. de pact. Inſuper huic argumento locus non eſt, ſi ſit diverſa, vel major ratio, vel favor: quia plenius voluntates teſtantium interpretamur, l. in teſtamentis D. de reg. jur. Sunt enim morientium vaticinia, & quædam quaſi cygneæ cantiones, licet Plato lib. 11. de l. inepte vos facere contendat qui tantum ultimis voluntatibus tribuunt, & ægrorum ſomnia religioſe obſervant.

*Locus de feudo ad emphyteuſim* Cap. 6.

FEVDA Latinè ſtipendiaria prædia vocantur, definiunturq́; liberæ & perpetuæ rerum immobilium conceſsiones, cum dominii utili translatione, proprietate retenta ſub fide & exhibitione operarum. At emphyteuſis eſt conceſsio quædam perpetua ad uſum, utilitatemq́; & culturam rei efficiens utile dominium, gloſ. in l. 1. D. ſi ager vectigal, vel emphyt. petatur, & l. poſſeſſores in fin. de fund. patrimo. lib. 11. C. & c. 1. §. rei autem de inveſtitura de re alien. fact. in uſib. feud. Ita ut domino proprietaris annua penſio perſolvatur, ſalvaq́; ſit rei ſubſtantia. Hinc ἐμφυτεύω quod eſt, planto, inſero, melius & pinguius reddo à ſimplici φυτεύω planto, unde φυτὸν planta, & φυτεία plantatio, qua dictione Græciſſantes Galli utuntur, cum dicunt:

*Arbres de haute futaye, c'eſt à dire de plant.*

Hæc duo in pleriſq; conveniunt. Primò vaſallus, & emphyteuta utile dominium habent. Item ſi Titio

& hæredibus ſuis feudum conceſſum ſit: ſolum deſcendentibus, non his qui ex tranſuerſo iunguntur, conceſſum videtur, vt docent Dinus Bart. Alexander & Paulus de Caſtro, in l. ex facto § vlt. D ad Trebel. Bart. Ius in l. etiam D. ſoluto matrim. Idem de emphyteuſi dicendum arbitrantur Ioan. de Imola, & Alexander, in d. l. ex facto §. vlt Deinde, ſicut vaſalli inter ſe feudum diuidere poſſunt irrequiſito domino, gloſ. in l. ſi familiæ C. famil. herciſc. Ita & emphyteutæ poſſunt. Bald in l. voluntas C. de fidei commiſ Item, ſi vaſal. ſciens, & conſulto feudum ad dominum ſpectare inficias ierit iure ſuo cadit, c. vaſal. ſi de feudo fuerit contro. & c. vlt. de leg. Conradus in vſib. feudor. Ita emphyteuta, ſi emphyteuſim conſulto negauerit, priuatur emphyteuſi, Angel. in l. vlt. D. de rei vend. Item ſicut vaſal ſi ignorans feudum diſtraxerit, & alienauerit, non ideo feudo priuatur, Tit ſi de feud. fuerit controuerſ. in vſib. feudor. ſic emphyteuta ſi ignorantia ductus, feudum emphyteuticum alienauerit iure emphyteutico non cadit. c. ſi vaſal, ſi de feudo fuerit controuerſ. in vſib. feudor. Item ſi vaſallus teſtamento feudum legauerit, nec res, nec æſtimatio debetur, Bald. Aluaro in §. donare. qual olim feud poter. aliena in vſib feud. & l. vxor. C. de legat Ita etiã in emphiteuta, de emphyteuſi diſponente dicendum eſt, Bart. in d. l vxor, patrui. Huic autem argumento locus eſt, quoties ius commune non aduerſatur, Alexander Imola, Conſ. 106. in 4. volum. Inſuper, vt reſoluto iure datoris, reſoluitur & ius accipientis. cum emphyteutarem in emphyteuſim datam obligauit, & deficiente canonis ſolutione, res emphyteutica ad directum dominum reuertitur, l. lex vectigali D. de pignor. Idem in feudo, gloſ. in d. l lex vectigali, D. de pignor. §. rurſus, Tit quib mod.

feud. amit. in vſib. feud. Porrò, ſunt ſex contractus, quibus vtile dominium transfertur. Primus eſt ſuperficiarius, ſecundus eſt emphyteuticus, tertius eſt contractus locationis ad longum tempus, vt decem annos, l. 1. §. qui in perpetuum §. vlt. D. ſi ager vectigali. Vnde ſolemus tantùm, res ſoli ad nouem annos, non ad decem locare. Hoc enim longo tempore dominium in conductorem transfertur, Cardinalis & Ioannes de Imola, in clement. 1. de reb. eccleſ. non alien. Bart. in l. codicillis §. inſtituto D. de leg 2. Quartus eſt contractus libellarius, qui contrahitur cum emphyteuta, vel vaſal. dat feudum, vel emphyteuſim alteri, in c. §. donare. qualiter olim feud. poterat aliena. & c. 1. §. vlt. de prohib. feud. alina. Quintus eſt contract. precariæ in fœminino genere, atq; cum res ſoli pro annua penſione conceditur de quinquennio in quinquennium, vel de nouem annis, in nouem annos renouanda, c. 1. & 2. de precar. & c. precariæ 10. q. 2. Et hic contractus eſt affinis contractui emphyteutico, excepto quod in hoc contractu pactum inſeratur de renouando de quinquennio in quinquennium, & de nouennio in nouennium, Ioannes de Andreæ & Imol. in d. c. 1. de preca. Poſtremus eſt feudum, de quo ſuprà diſputatum eſt.

*Locus à contractibus ad delicta, Cap. 7.*

HVIC argumento locus eſt, ſi ſit eadem ratio: vt enim in contractibus iudex cogitur, in deciſione cauſarum, imprimis conſuetudinem loci, in quo contract. celebratus eſt, attendere, ſi fundus, D. de euict. Ita in criminalium cauſarum iudicijs conſuetudo loci, in quod crimen commiſſum eſt attendi debet Bart. Cynus, Saliceto & Iaſon in l. cunctos populos C. de ſū. Trinit. & fide Cathol. Item, à delictis ad contractus ratiocinari licet, Bart. in. l.

civitas D.ſi cert.petat. Et ſicut ratione loci in quo initus eſt contractus, quis ſortitur forum, l. hæres abſens §.1.D.de judic. Ita reus criminis conveniendus eſt, & damnandus à judice, in cujus territorio crimen commiſſum eſt, auth.quæ in provincia C.ubi crimin. agi oportet.

*Locus ab alimentis ad piam cauſam.* *Cap.8.*

HOc argumento ſæpiſsimé utuntur Iuriſconſulti. ut in l.Mela. D. de alim. & cibar. legat. ubi Doctores. Quicquid autem piis cauſis indultum eſt: Idem & alimentis, (cauſa enim alimentorum ſummam pietatem continet) d. l. Mela. Sic in piis cauſis agendum eſt, Speculator, Tit.de feriis §. ſequitur, Item. legatum alimentorum, quod aliás caducum eſſet, optimum erit, ſicut legatum piæ cauſæ, l.unic.§.& cum triplici C.de cad.tol. Vnde ab hærede peti poteſt.Bart.in l.alio C.de aliment. & cibat. leg. Deinde ut legatum alimentorum nominatim ab hæredibus relictum, á ſubſtitutis peti poteſt tanquam debitum, l.4. §. Lucius ubi Bart. D. de alim.& cib.legat. Ita in legatis piis, Ludovicus Romanus in d.auth.ſimiliter.

Deinde ſi ſit diminutio in codicillis facta eorum legatorum, quæ in teſtamento continentur, indefinitê non comprehenduntur legata pia, ſicut nec legata alimentorum, l.libertis §.poſthumos C.de alim. & cibar. legat. Præterea legatum alimentorum incertum ratione ſummæ, quæ legata eſt facultatibus & bonis teſtatoris metiendum eſt, ſicut legatum pium gloſ.in l.ſi cui D. de annuis leg. Deindè legatis alimentis, bona defuncti ſubjecta hypothecæ cenſentur. gloſ. in l. Lucius D. de aliment. & cib. leg. Poſtremò in cauſa alimentorum non admittitur provocatio l.ult.D.de appellat.recipiend. nam peri-

culum

